Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0001-4

S. b. 281

Dbl. Wa 368

OO Ne

Theol. D. VII. 323.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0003-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0004-0

# VOCABVLA

REI NVMMARIAE PONDERVM ET MENSVRARVM Græca, Latina, Ebraica, quorum intellectus omnibus neceſſarius eſt:

Collecta ex Budei. Ioachimi Camerarij & Philip. Melanth. Annotationibus.

ADDITÆ SVNT APPELLATIOnes Quadrupedum, Inſectorum, Volucrum, Piſcium, Frugum, Leguminum, Olerum & Fructuum communium, collectæ à Paulo Ebero & Caſparo Peucero.

Recognitæ & auctæ.

VITEBERGAE

EXCVDEBAT IOHANNES CRATO.

ANNO M. D. LVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0005-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0006-1

# SVPPVTATIO GALLI-corum nummorum, ad Cru-ciatos Germanicos.

QVinq; denarioli Turiconici, ualent uno cruciato Atheſino.

Caroleus nummus, ualet duobus Cruciatis.

Coronatus aureus ualet quatuor capitibus, quos teſtones uulgus appellat, hoc eſt, octoginta Cruciatis uel paulo plus, præſertim ſi ſit ſolatus.

Groſſus Pariſienſis ualet ſex Cruciatis.

Tantidem ualet Groſſus Argentoratenſis, uulgo ein ſchilling groß.

Solidus Turonicus, hoc eſt, duodenarius, quem uulgus Gallorum Duſſenum uocat, ualet duobus Cruciatis ad ſupputationem Baſilienſem. Ad Lundunenſem uero duobus denariolis amplius.

Caroleus ualet decem denariolis Turonicis.
Solidus Turonicus ualet duodecim denariolis Turonicis, hoc eſt, duobus cruciatis.

Solidus Sterlinorum ualet tredecim denariolis Turonicis.

# GVILELMI BVDÆI
## PARISIENSIS, SECRETARII REGII BREVIARIVM DE ASSE.

AS QVI ET ASSIS DICItur, in duodecim uncias diſtribuitur. As quaternos denariolos noſtros ualuit, & pauxillo plus. Sic fit, ut duos aſſes, & ſemis, ſeſtertium faciant, id eſt, Caroleum noſtrum & ſemiſſem denarioli.

Duo aſſes, ſextans dicebantur, quod nomiſma paruum fuit, cuius meminit Plinius & Liuius.

Quadrans etiam nummulus erat, & ualebat aßis quartam partem, & Triens tertiam. Semis autem duos quadranteis ualebat.

Apud Græcos drachma in ſex obolos diuiſa eſt, & trienteis, quadranteſq;, Seſquiobolus Athenis, erat Romæ ſeſtertius.

Seſtertius, & nummus idem erant apud Romanos.

Seſtertius, æſtimatione noſtra, decem Turonicis denariolis, & ſemiſſe denarioli ualuit.

Denarius, quaternos ſeſtertios nummos ualebat, hoc eſt, quaternos Carolèos noſtros, & binos denariolos Turonicos, ex eo dictus denarius,

quod

quod pro decem aßibus locaretur æreis, & cederet in ſolutum.

Seſtertius ex eo dictus eſt, quòd duos aſſes & ſemiſſem ualeret. Qua ratione quaterni ſeſtertij denarium Romanum ualebant. Et ſeſtertius dictus, quaſi ſeſquitertius, ſunt enim duo ſolidi aſſes & ſemis, hic etiam nummus dicebatur & argenteus erat.

Libra Romana, quæ & mina, & pondo dicitur, centenos denarios, ſeu quod idem eſt, centenas drachmas habebat. Cum igitur denarius quaternos ſeſtertios æquaret pondere & æſtimatione, liquet in libra Romana quadringentos fuiſſe ſeſtertios, & in duabus libris & ſelibra, mille ſeſtertios, qua ratione fit, ut ſeſtertia ſingula numero plurali millenos ſeſtertios ualeant, hoc eſt, duas libras & ſemiſſem. Vt enim ſeſtertius nummus dicitur, ex eo quòd duos aſſes & ſemiſſem ualebat, hoc eſt, duas libras æris grauis & ſelibram. Ita ſeſtertia numero plurali & genere neutro ideo dicuntur, quod ſingula duas libras & ſelibram argenti ualerent, hoc eſt, ducentos & quinquaginta denarios, ſiue mille ſeſtertios, quod idem eſt. Sic fit, ut decem ſeſtertia, & decem millia ſeſtertium nummorum pro eodem ab antiquis dicantur.

Mille ſeſtertij æſtimatione noſtra, uiginti

quinq; coronatos ualent, dicitur aũt mille ſeſtertij & mille nummi, uel mille ſeſtertium & mille nummum, uel copulate, mille ſeſtertiũ nummum.

Cum autem mille ſeſtertij, id eſt, ducenti quinquaginta denarij, duas libras argenti et ſemiſſem ualeant, ſequitur, ut libra Romana, quæ & mina dicitur et pondo, decem aureos coronatos ualuerit. Coronatos autem ita intelligi uolo, ut ſinguli trigintaquinq; ſolidos ualeant, quod eſt legitimum precium.

Igitur decem millia nummum, uel decem millia ſeſtertium, quod idem eſt, ducentos, & quinquaginta aureos coronatos ualebant, Hæc etiam decem ſeſtertia dicuntur, cum ſingula ſeſtertia, ſingula millia ſignificent.

Decies ſeſtertium, idem eſt, quod decies centena millia ſeſtertium, quæ ſumma cẽties maior eſt decem ſeſtertijs. Idem eſt enim decies ſeſtertium, quod mille ſeſtertia. Cum enim ſingula ſeſtertia millenos nummos ſeſtertios ualeant, ſi mille ſeſtertia millies multiplices, fient decies centena millia, quæ lingua uernacula millionem uocant.

Decies igitur ſeſtertium, centies ducentos & quinquaginta aureos ualet, hoc eſt, uigintiquinq; millia. Sic fiet, ut millio Romanus uigintiquinq; millia coronatorum ualeat.

Hoc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0010-4

Hoc igitur tenere oportet, quod quemadmodum, cum à nummis ſeſtertijs, ad ſeſtertia genere neutro fit tranſitus, numerus millies multiplicatur. Ita cum ad eam loquutionem uentum eſt, quæ per aduerbia numeralia enunciatur, ſeſtertia ſingula centuplicata creſcunt, ut uerbi gratia. Si centum ſeſtertia dicam, centum millia ſeſtertium intelligere debeas. Quod ſi centies ſeſtertium dicam, non iam centum ſeſtertia, ſed centies centena ſeſtertia, ſeu cẽties centena millia ſeſtertium, intelligendum ſit.

Vt autem facilis, & obuia ſit unicuiq; earum ſummarũ intelligentia, quæ apud Autores identidem leguntur, hoc meminiſſe oportet, quod ſequitur: ut quæuis ſumma etiam in digitos deduci poßit, ſine calculis aut abaco.

Decem ſeſtertia, ducenti quinquaginta aurei.

Viginti ſeſtertia, quingenti aurei.

Triginta ſeſtertia, ſeptingenti & quinquaginta.

Quadraginta ſeſtertia, mille aurei.

Quinquaginta ſeſtertia, mille ducenti & quinquaginta.

Sexaginta ſeſtertia, mille & quingenti.

Centum ſeſtertia, duo millia & quingenti.

Ducenta ſeſtertia quinq; millia.

Quadringenta ſeſtertia decem millia coronatorum. Cenſus equeſtris ſub Iulio Cæſare.

Quingenta ſeſtertia, duodecim millia & quingenti.

Sexcenta ſeſtertia, quindecim millia.

Octoginta ſeſtertia, uiginti millia. Cenſus ſenatorius ante Auguſtum Mille ſeſtertia, uigintiquinq; millia.

Mille ac ducenta ſeſtertia, triginta millia coronatorum. Tantus erat Cenſus ſenatorius ſub Auguſto.

Notandum quod ſupra mille ſeſtertia Romani fere ſemper per aduerbia loquebantur, infra mille nunquam per aduerbia locuti ſunt hoc modo, Decies ſeſtertium, id eſt, mille ſeſtertia, uiginti quinq; millia. Duodecies ſeſtertium, triginta millia aureorum. Cenſus ſenatorius ſub Auguſto.

Quindecies ſeſtertium, triginta ſeptem millia & quingenti.

Vicies ſeſtertium, quinquaginta millia.

Tricies ſeſtertium, centum ſeptuaginta quinque millia aureorum.

Quadragies ſeſtertiũ, centũ millia aureorũ.

Quinquagies ſeſtertium, centum uigintiquinque millia aureorum.

Sexagies ſeſtertium, centum quinquaginta millia aureorum.

Centies ſeſtertium, ducenta quinquaginta millia aureorum. Tanti æſtimatus eſt unio Cleopatræ.

Quadringenties ſeſtertium, decies centena millia, id eſt. Millies mille, id eſt, millio. Tanti æſtimatus eſt à Plinio ornatus Lolliæ.

Millies ſeſtertium, uicies quinquies centena millia, id eſt, duo milliones, & quingenta millia.

Bis millies ſeſtertium, quinquagies centena millia. Cenſus Lentuli auguris ſub Auguſto.

Quater millies ſeſtertium, decem milliones dicuntur, hoc eſt, centies centena millia.

Decies millies ſeſtertium, uiginti quinque milliones.

Quadragies millies ſeſtertium, centum milliones.

Vicies ſepties millies ſeſtertium coëgiſſe Tiberius dicitur, id eſt, ſexaginta ſex milliones, & quinquaginta millia aureorum coronatorum, ut noſtro ſermone loquar.

Libra Romana in duodecim uncias & ſemiunciam diuiditur, & uncia in octonas drachmas. Sic fit, ut centenæ drachmæ libram, & minam ſeu pondo faciant.

Drachma in terna ſcrupula diuiditur. Sic fit, ut ſint uicena quaterna ſcrupula in uncia. Pariſienſens drachmam groſſum appellant, & ſcrupu-

 lum

tum appellant denarium, & binæ drachmæ ſterlini quinq; dicuntur, id eſt, quadrans unciæ.

Hæc de pondere dicta ſufficiant.

# GRAECORVM SVPPVTATIO.

Mina apud Græcos idem eſt quod libra & pondo apud Romanos, hæc centum drachmas continebat, hoc eſt, circiter centum denarios Romanos, ſeu quadringentos ſeſtertios.

Mina igitur decem aureos coronatos ualuit, Et drachma tres ſolidos turonicos & ſemiſſem, quanti ſcilicet denarius Romanus æſtimatus eſt à nobis, hoc eſt, quaterni nummi.

Talentum multiplex fuit, ut in libro noſtro latiſsime enarratum eſt, ſed talentum Atticum, quod plurimum celebratur ab hiſtoricis, ſexaginta libras ualuit, ſeu minas, hoc eſt, ſex millia denariorum uel drachmarum, quæ ſexagies denos coronatos ualent, hoc eſt, ſexcentos.

| | |
|---|---|
| Talentum | ſexcenti aurei. |
| Decem talenta | ſex milia aureorum. |
| Quindecim talenta | nouem milia aureorum. |
| Viginti talenta | duodecim milia. |

Quin-

| | |
|---|---|
| Quinquaginta talēta | triginta milia aureorum. |
| Centum talenta | ſexaginta milia. |
| Ducenta talenta | centum milia & uiginti. |
| Quadringēta talenta, | ducenta & quadringenta milia aureorum. |
| Mille talenta | ſexcenta milia. |
| Duo milia talentum | mille & ducenta milia. |
| Decem milia talentū | ſexagies centena milia. |

Tanti funeraſſe Alexander Epheſtionem dicitur.

Breuiarij Budaici de Aſſe finis.

# SVPPVTATIO ASSIS ET PARTIVM EIVS AD MONETAM BASILIENSEM.

AS uel Aſſis, res quæuis in parteis duodecim diuiſa. Eſt autem liquidorum, ut aßis uini. Ponderum ut libra, Monetæ, ut alibi ſolidus, alibi Plapardus, alibi duodenus. Hæreditas etiam Aßis dicitur, ut ſæpe apud Hiſtoricos & iuriſperitos. Item zodiacus, & omnino (ut diximus) res, quam in parteis duodecim partimur. Exemplum de Moneta Baſilienſi.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0015-1

1 Vnica — ein helbling.
2 Sextans — ein rapp alias ein angſter
3 Quadrans — drey helbling.
4 Triens — ein fierer.
5 Quincunx — ein creutzer, alias ein funffer.
6 Semis uel Semiſsis — ein halber plappert, alias ein ſechſer.
7 Sextunx — ſieben helbling.
8 Bes uel beſsis — ein duppel fierer.
9 Dodrans — ein halber ſchuitzer batz.
10 Dextans — ein halber Conſtentzer batz.
11 Deunx — ein liff helbling.
12 As uel aſsis — ein plappert, alias ein ſchilling.

Centum denarij — mina.
Mille denarij,
Centum coronati,
Mille aſſes — centum denarij.
Decem minæ.

# VOCABVLA MENSVRARVM ET REI NVMMARIÆ, AVTORE PHILIPPO MELANTHONE.

NOMI-

# NOMINA MENSVRARVM.

SExtarius in myropolijs adhuc in uſu eſt. Conuenit autem cum ea menſura, quæ Vuitebergæ dicitur, ein Nöſſel: ſed continet minus quarta fere parte eines Nöſſels.

Sextarius duas heminas continet ſeu cotulas.

Hemina,<br>
Cotula,<br>
Acetabulum, eadem.

Sextarius duodecim cyathos continet, in quos eum Romani, tanquam aſſem in uncias diſtribuerunt. Sic accipiendum eſt illud, Neuia ſex cyathis, ſeptem iuſtina bibatur. Nam tot cyathos bibebant in conuiuijs, quot literæ erant in amaſiæ nomine. Et Suetonius ſcribit, Auguſtum ſolitum ſenos ſextantes bibere, id eſt, ſextarium. Nam ſextans duos cyathos continet, tanquam duas uncias.

Congius ſex ſextarios continet, ſeu duodecim heminas.

Congius, fere drey Wittemberger kannen.

Chus octo heminas, quibuſdam etiam congius eſt, 4. ſextarios, 2. kannen.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0017-2

Metreta,
Cadus, idem, X.congij.
Metreta minus aliquanto quàm 30.kannen.
Modius 16 ſextarios continet.
Amphora 3 modios Græce dicitur κεράμιον.
Medimnus,ſex modios,ein malter.
Chœnix,quatuor cotulas ſeu duos ſextarios.

Chriſtus nuptias in Cana non tenui munere ornauit, cum uinum fecit. Nam ſex hydriæ,continebant fere ſex eymer. Si ſingulæ capiebant binas metretas. Nam duæ metretæ conficiunt fere 60.kannen. Si exacte menſures, quarta pars ut ſupra ſignificaui,detrahenda erit.

## VOCABVLA REI NVMMARIÆ.

DRachma ponderis nomen eſt, ein quint.Et manſit ea appellatio hactenus in myropolijs, ubi ſi quis uolet appendere partes libræ, drachmæ pondus inueniet.Cum autem drachmæ nomen ſolum ponitur, Attici ſemper intelligunt argenteum nummum eo pondere. Quantum ualeat, ipſum pondus indicat, ein quint ſilber. Nos non tradimus exactiſsimam rationem



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0018-8

tionem precij, nam de hac conſulendi ſunt Auri-
ſabri. Et precia auri atq; argenti uariant aliquantum temporibus. Poteſt autem inde drachmæ præcium æſtimari.

Decem drachmæ ualent uno coronato.

Octo drachmæ ualent fere aureo Rhenano.

Duæ igitur drachmæ ualent fere quarta aurei parte.

Denarius, teſte Plinio, fere drachmæ Atticæ pondus habet. Proinde in hiſtoria ueteri ſcias drachmam & denarium idem ſignificare, et tantundem ualere, Altera Romana appellatio fuit, altera Græca.

Dicitur autem denarius, quia ualebat decem aßibus.

Decem denarij ualent uno coronato.

Octo denarij ualent fere aureo Rhenano.

Duo denarij ualent fere quarta aurei Rhenani parte.

As quondam æneus fuit, & ſignificat libram æris. Quantum ualeat æſtimari poteſt, cum denarium in decem aſſes partimur. Valebit enim as fere tribus numulis Myſorum, cum denarius ualeat circiter triginta numulis Myſorum. Nam ut nunc ſunt precia auri, aliquanto plus ualet aureus Rhenanus, quàm octo denarij.

As in

*As in duodecim uncias diſtribuitur.*

*Sextans unciæ duæ, id eſt, ſexta pars aßis.*

*Quadrans unciæ tres, id eſt, quarta pars aſſis.*

*Fuit uſitatißimus numus æneus Romæ, qui à tribus uncijs etiam dicebatur Teruntius. Martialis ſportulam, hoc eſt, pecuniam, quam diuites clientibus ſuis, qui eos ſectabantur, quotidie dabant, dicit fuiſſe centum quadrantes.*

*Quadrans, circiter ander halben heller Myſorum.*

*Triens, quatuor unciæ.*

*Quincunx, quinq; unciæ.*

*Semißis, ſex unciæ, circiter drey heller.*

*Septunx, ſeptem unciæ.*

*Bes, octo unciæ.*

*Dodrans, nouem unciæ.*

*Dextans, decem unciæ.*

*Deunx, undecim unciæ.*

*As, duodecim unciæ.*

*Cæterum nomen aßis ad alia transfertur, & ſignificat in omnibus rebus menſurandis uel numerandis, totum.*

*Vſuræ centeſimæ dicuntur, quæ centeſimo menſe æquant ſortem. Quondam enim ſingulis menſibus ſoluebantur uſuræ. Et uocant Iuriſconſulti*

ſulti aſſem uſurarum Centeſimam, hanc deinde partiuntur. C. de eſuris. Fit Centeſimæ mentio etiam alibi in Canonibus, & lib. 2. Eſdræ cap. 5.

As & pondo æris, æneam libram ſignificant.

Inde dupondus, id eſt, duo aſſes.

Dupondius circiter ſex pfennig Myſorum.

Seſtertius quaſi ſeſquitertius, ſignificat enim duos aſſes, & ſemiſſem, quare & his notis pingitur IIS. Duæ lineæ priores ſignificant duo, & S. ſignificat ſemiſſem.

Erat autem ſeſtertius genere maſculino nummus argenteus, qui ualebat quarta denarij Romani parte, quatuor enim ſeſtertij decem aſſes efficiunt, ualet enim denarius decem aßibus, ualebatq; ita ſeſtertius circiter 7. pfennig Myſorum, aut fere groſſo Marchico.

Mille ſeſtertij ualent 25. coronatis.

Cum nomen nummus ſolum ponitur, ſignificat ſeſtertium nummum.

| | |
|---|---|
| Mille ſeſtertij<br>Mille ſeſtertium nummum.<br>Mille nummum.<br>Mille ſeſtertium. | eadem 25. coronati. |

Ex illo genitiuo plurali facimus nomen generis neutri ſeſtertium, propter breuitatem abie-

cta uoce mille. Proinde ſeſtertium genere neutro ſignificat 25. coronatos.

Idem igitur ſignificant mille ſeſtertium, & ſeſtertium genere neutro. Decem millia ſeſtertium & decem ſeſtertia. Sic & de ſimilibus iudicabis. Idq; obſeruare in autoribus ualde prodeſt.

Decem ſeſtertia, 250. coronati.

Eſt & alia figura, decies ſeſtertium. Scias igitur quoties hoc modo addimus aduerbium numerale uoci ſeſtertium, oportere ſubintelligi centum.

Decies ſeſtertium, id eſt, decies centum ſeſtertia, 25. milia coronatorum.

Decies ſeſtertium.

Decies mille ſeſtertium, eadem.

Nam mille alias repetitur, alias omittitur ſine diſcrimine, ut ſupra admonui.

Hæc æſtimatio rei nummariæ teſtes habet certiſſimos Plinium & Plutarchum, ut de ea lector dubitare nihil debeat.

Mina Græca μνᾶ, Latine libram ſignificat, quæ continet decem drachmas. Valet igitur coronatis decem. Nam de argento uſurpatur.

Obolus, nummis Myſorum fere quinq;. Nam drachma continebat ſex obolos.

Octo Chalci ualent obolo Attico. Itaq; Chalcus apud

apud Myſos plus aliquanto eſt, quàm ein heller, λεπτὰ ſeptem efficiunt unum Chalcum.

Talentum, ſexcenti Coronati, continet enim minas ſeu libras ſexaginta.

Stater pondus eſt quatuor drachmarum. Et cum de argento uſurpatur, ſignificat numum tetradrachmum. Nam hoc genus numorum in maximo uſu fuit. Et adhuc extant multi. Valet quatuor drachmis, hoc eſt, fere dimidio Rhenani aurei.

Erant & Stateres aurei, qui mina ualebant hoc eſt, decem ducatis, quales hodie ſunt Portugalenſes quidam aurei.

Siclus, autore Ioſepho, pondus eſt quatuor drachmarum Atticarum, id eſt, ein lot.

## STVDIOSIS BONARVM LITERARVM. IOACHIMVS. S. D.

SI, QVÆ PVLCRA SVNT, ueteri uerbo ſæpe iterari iubentur, quo magis de ijs fieri hoc conuenit, quæ & ſunt pulcra, & utilitatem ſimul præcipuam complectuntur? Quare cum autore Philippo Melanthone ſub=

ne ſubductio nummariæ rationis, itemq́; menſurarum ad noſtrorum temporum, noſtriq́; moris conſuetudinem accommodatio, deſcriptæ in patente charta prodijſſent, uiſum eſt eaſdem in complicata etiam emittere. Cæterum ſi quis forte hoc requirit, numus Myſius plane is eſt, quod quidem ad uſum attinet, qui & in Francis in uſu eſt. Neq; magnum inter menſuras eſt diſcrimen. Nam Sextarius menſuram attingit Seidellæ, quam Norembergæ uocant, cuius dimidium κοτύλη, ſeu hemina eſt. Tunc inquam, cum ad priſcum Romanorum uſum hæc exiguntur, ducente Cyatho drachmas 1P. & Sextario uncias 15. Fuit autem alicubi quondam μνᾶ unciarum 18. hoc eſt, λίτρα μία καὶ ἥμισυ, quam quidem Italicam dixere, & ad eam Sextarium expenderunt, cuius dimidium eſt hemina ſeu κοτύλη, ut diximus. Itaq; inuenio huius etymon ridicule quidem extortum: ſed rem tamen explicans κοτύλη κέκληται ἀπὸ τοῦ τὸν ξέστην εἰς δύο κόπτεσθαι. Atq; ita in Myropolijs Sextario utuntur, hoc eſt, cotylis duabus. Nam priſcum ſextarij nomen & uſum amiſerunt, ſecundum quam rationem appendet Cyathus unciam unam & dimidiam. Et ſi noſtris menſuris metiri uelis, inuenies duodecimum cyathum Seidellam exuperare, qui ante ſane complebat. In uniuerſum autem tenendum, non eſſe

omnium

omnium liquorum unum pondus. Omnino ſunt hæ res ſe cõfuſæ, quod neceſſe fuit fieri, ut præclare nobiſcum actum uideatur, qui ad hanc quantulamcunq; certitudinem peruenerimus, qua maior teneri uix queat.

Nunc de Chœnice aliquid, neq; ingratum, ut ſpero, neq; inutile uobis futurum, annotabo. Chœnix, de quo quidem ſatis conſtat, ſextarios continet duos. Quod cum ſit compertum, non dubium mihi ſit, quin legi debeat in illis Rhemnij uerſibus. Quis quater aſſumptis ſit Graio nomine Chœnix, ut de heminis intelligatur. Atq; hoc loco ſciendum Chœnica fuiſſe diurnum cibum ſeruorum Græcorum, quemadmodum fuit demenſum Romanorum cibus menſtruus, quod quidem continuerit Modios quaternos. Qui ſi fuerint ad Chœnicas comminuti, computatis in ſingulos Modios Chœnicibus octo, conficientur dies 32. hoc eſt, menſis unus. Nam quòd duo dies abundare uideri queant, de eo non eſt quod laboretur. Neq; enim poſſunt, neq; debent omnes minutiæ coæquari talibus in ſupputationibus.

Cum autem nullas habeat charta Vuittebergenſis menſuras γεωδάισικας, quod alijs menſuris, & re numaria expleta fuerit, uiſum eſt in ueſtram gratiam, etiam illarum aliquot precipuas ſubijcere.

Pes digitos habet 16. Palmus digitos habet quatuor. Hic Græcis dicitur & ὁ παλαιστὴς & ἡ παλαιστὴς & δῶρον & δοχμή. Palmus itaque pars quarta pedis eſt.

ΣΠΙΘΑΜΗ, dodrans. Nam ut in pollices diuiditur per duodecim, ut As in uncias, Palmi tres, noſtra lingua Spannam uocamus.

VLNA quatuor cubiti, nos Claphteram nominamus, Græci ὀργυιάν, Nam quod de Pyramide dixit Herodotus τεσσαρακοντόργυιος, Plinius uertit quadragenarum ulnarum.

Cubitus ſeſquipedalis, palmi ſex.

ΠΛΕΘΡΟΝ, ſexta pars ſtadij, hoc eſt, pedes centum.

Stadium, pedes ſexcenti. Hoc loco uarietas obſeruanda. Plinius habere Stadium ſcribit paſſus 125. Pedes ſexcentos 23. Gellius Græca ſtadia facit pedum 1100. Item mille paſſus, continent octo ſtadia. Græci autem lexici ſic tradidere, ἑπτὰ καὶ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον ἕν, τὰ δὲ δέκα μίλια ἔχουσι στάδια π. Sunt qui τὸ μίλιον metiantur ſtadijs. 7. hoc eſt, pedibus quater mille ducentis. Itaq; ait Heſychius: μίλιον μέτρον ὁδοῦ σταδίων ἑπτὰ, οἱ δὲ ἑπτά καὶ ἥμισεος ποδῶν δ σ: ſed in exemplaribus locus corruptus eſt. Fuere harum rerum apud Græcos & alia uocabula πυγὼν pollice breuior quàm πῆχυς, Item ὀρθόδωρον re-

ϛοp recta manus, λιχὰς ſpacium manus diſtenſæ ab indice extremo uſq; ad pollicem, nos Furſpannam dicimus, δίαυλος ſtadiorum duum, δόλιχος 12. apud Suidam legitur κδʹ. Curſuum ſpacia, ϛαθμὸς omnium longiſſ. Miliaria 28. Semis ἄρουρα, inquit Suidas ποδῶν. υʹ. Sed Herodotus apud Ægyptios ἄρουραν centum cubitorum. Cubitum autem Ægyptium eundem cum Samio fuiſſe ſcripſit.

At ACTVM 120 pedum Plinius & duplicatum in longitudinem feciſſe iugerum.

ΠΑΡΑΣΑΓΓΗΣ Perſica menſura ualuit ſtadia 30.

ΣΧΟΙΝΟΣ Ægyptiaca, 60.

Inter hæc uobis inquirendum relinquo quod Gellius dixit, Septem cubita facere pedes 12. & quadrantem.

Hanc autem noſtram properatam, atq; immaturam ſane operam: ſed datam tamen commoditatibus ueſtris, & gratis amplectemini animis, & bonarum literarum ſtudia coletis digna ſedulitate & cura.

Exodi 30. ſcribitur, ſingulos Iſraëlitos tabernaculo penſionem annuam dediſſe dimidium Sicli, id eſt, didrachmum. Nam certum eſt Siclum continere quatuor drachmas, ein lot, ut Germa-

 nice

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0027-8

nice nominamus. Ergo dimidium Sicli erat didrachmum. Hanc penſionem, quam lex templo attribuit, Romani ademptam templo, ſuis magiſtratibus ſolui iuſſerunt. Cum autem ea collatio quotannis ingentem aceruum cumularet (Viritim enim pendebantur didrachma, ut ſi capita erant quinquies centum millia, iam ſumma erat centum millia coronatorum. Et tamen longe maiorem numerum fuiſſe puberum Iſraëlitarum nihil dubium eſt) dolebant Iudæi, tantam pecuniam templo eripi. Et plauſibilis diſputatio erat. Etiamſi toleranda eſſent damna priuatarum facultatum, in ſeruitute: tamen templi iura defendenda eſſe, & Deum defenſoribus adfuturum eſſe. Ideo Chriſto proponitur quæſtio: an pium ſit, hæc didrachma adempta templo, Romanis pendere? Chriſtus reſpondens, ſignificat eos debere ſeruitutem tolerare in damnis pecuniarijs, ut cum nunc Chriſtiani opprimuntur ſeruitute à Turcis. Et ſoluit ipſe Chriſtus Mat. 17. Vbi adparet, exactores peculiariter intentos fuiſſe in Chriſti exemplum. Intelligas igitur & eo loco didrachmum argenteum, ein ort aurei Rhenani. Stater uero argenteus erat tetradrachmus.

Hoc exemplum memorabile propter multas cauſas adſcripſi. Primum, ut ſtudioſi conſiderent, Deum uelle communi collatione iuuari Eccleſias,

ut

ut Euangelij miniſterium conſeruetur. Econtra uero ſæpe accidere, ut Eccleſiæ opprimantur ſeruitute, & eripiantur ſtipendia doctoribus & dicentibus, propter peccata eorum, qui doctrinam negligunt.

Facta eſt ſupra mentio aureorum quoq; Staterum, qui unciales erant, & à Regum nominibus appellabantur κροίσειοι, δαρεικοι, φιλίππειοι, ἀλεξάνδρειοι, Valebant autem mina, ſeu centum drachmis, hoc eſt, coronatis decem.

Sed alij præter hos grandes aureos, fuerunt in uulgari uſu, qui pondus habebant duarum drachmarum auri, ualde uſitati, ſimiles ueteribus Romanis aureis, & ualebant duobus aureis Hungaricis. Vidimus tales ueteres aureos Græcos & Romanos aliquot, quorum pondus certò & ſine ambiguitate iudicare poteſt. Prudenter autem conſiderandum eſt, ubi fiat mentio Argentei Stateris, ubi de grandi aureo ſimili Portugalenſibus, ubi de uulgari aureo dicatur, ut apud Thucydidem, Lyſiam, & Demoſthenem Stater eſt aureus didrachmalis, id eſt, ualens duobus aureis Hungaricis. Et talem Staterem exiſtimo Petrum in ore piſcis inueniſſe, ut recitatur Matth. cap. 17. Plus igitur inuenit, quàm quantum pro duobus ſoluendum erat Romanis, quia ſinguli pendebant tantum duas drachmas argenti, id eſt,

fere quadrantem noſtri aurei. Sed uoluit aliquid ſupereſſe Chriſtus eius beneficij autor.

Matth. 18. conferuntur duo ſerui quorum prior debet decem millia talentorum, id eſt, ſexagies centum millia coronatorum, ſeu ut uſitate loquimur ſexaginta tonnas auri, quantam nunc ſummam dicunt eſſe annui reditus Regni Turcici. Nominat autem Chriſtus tantam ſummam, ut commonefaciat nos ſimul de magnitudine peccatorum noſtrorum, & de bonitate Dei, qui tam grande debitum nobis clementer remittit. Deinde noſtram duriciem taxat, qui paruas offenſiones remittere nolumus, quia alter ſeruus debebat huic nequam homini centum denarios, id eſt, tantum decem coronatos. Hæc debita conferri erudite poſſunt cum ſummarum magnitudo intelligitur.

Chœnix demenſum diurnum cuius cognitio utilis eſt, non modo propter lucem hiſtoriarum ſed etiam propter exempla diligentiæ in œconomia, frugalitatis & temperantiæ, Norant ueteres modum ſuorum ſumptuum, quantum ſingulis quotidie dandum eſſet, ut quid ſuſtinere poſſent, animaduerterent. Prodeſt igitur planius oſtendi quantum frumenti ſit Chœnix.

Modius continebat octo Chœnicas. Ait autem Cicero in octaua oratione in Verrem, Modium

tritici

tritici in Sicilia lege æſtimatum fuiſſe ternis ſeſtertijs, aut quaternis, ſi erat Imperatū frumētū. Iam ſi quatuor ſeſtertij erant precium unius modij, Chœnix erit frumentum pro quatuor Miſnicis numulis. Panis ergo diurnus ſeruuli erat quatuor noſtrorum numulorum, & addebatur uini unus Sextarius, pene eim Nöſſel.

Quod igitur in ſexto capite Apocalypſis in comminatione calamitatis publicæ, famis uidelicet, dicitur. Chœnix tritici æſtimabitur denario, ſignificata eſt magna difficultas annonæ, uidelicet, panem diurnum, qui alioqui emebatur quatuor numulis Myſnicis, emendum eſſe triginta numulis. Tantam difficultatem Dei beneficio, Germania longo tempore non uidit.

## DE MENSVRIS EBRAICIS, RECENTIVM EBREORVM INTERPRÆTATIO.

LOg ſeu Sextarius, Eſt uiceſima quarta pars Sati.
Satum tertia pars Ephi.
Decem menſuræ Ephi, faciunt unum Corum.

Log

Log ergo eſt minima menſura continens ſex oua, quæ ſi multiplices per 24. habebis menſuram Sati, nempe centum quadraginta quatuor oua, eijer ſchalen voll.

Menſura Ephi habet tria ſata.

Satum continet ſex Cabos.

In Cabo ſint quatuor Login.

Log habet ſex oua.

Hæc ſi iuſte multiplices à Log incipiendo, quæ in aridis & liquidis minima eſt menſura, ſex continens galinacea oua, inuenies Cabum continere oua 24. Satum uero 144. oua. & Ephi, quæ & Epha uocatur, continere 432. oua.

Scribunt præterea, quod decem Ephi faciant unum Homer, quæ menſura Corus dicitur Lucæ 16. Et hæc continet 4320. oua, eſtq; maxima apud Ebreos menſura.

Batus liquidorum menſura, decima pars Homer, continet oua 432. ut Ephi in aridis. Sextarios uero 72. ut teſtatur Ioſephus libro octauo capite ſecundo.

Idem Ioſephus lib. 15. Cap. 11. dicit, Corum continere medimnos Atticos decem. Quod magis conuenit, quàm quod idem autor dicit lib. 3. circa finem, Corum habere medimnos Atticos 41. quem locum mendoſum eſſe arbitror.

Medimnus

Medimnus Atticus autem continet ſeptuaginta duos ſextarios, Ergo æquatur fere Menſuræ Ephi.

## MENSVRAE LIQVIDORVM IVXTA EBREOS, IVXTA GEORGIVM AGRICOLAM, ET GLAREANVM.

LOG Sextarius fere ein Noſſel. Hin duodecim Log, id eſt, Sextarij, duodecim, ſeu duo Congij Attici, ſeu duo Choes Attici.

Batus Sextarij Attici ſeptuaginta duo, æqualis menſura eſt Amphoræ Atticæ. Ein halber Lipſiſcher Eymer.

## MENSVRÆ ARIDORVM.

Cabus quatuor Logi, id eſt, Sextarij quatuor. Fit mentio cabi in quarto libro Regum capite ſexto, ubi inquit. Quarta pars cabi ſtercoris columbarum, id eſt, Sextarius ſtercoris columbarum uendebatur quinq; argenteis.

Gomor minus de quo dicitur Exodi 16. ubi

ſingu-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0033-1

ſinguli colligunt Gomor Mannam, Sextarij ſunt ſeptem, & pars quinta Sextarij. Expreſſe .n. ibi dicitur, Gomor eſt decima pars Ephæ. Fuit igitur liberale demenſum quotidianum in collectione mannæ. Nam Gomor tres chœnicas continet.

Ioſephus menſuram paruam, Gomor nominat Aſſarion. Ait in fame emptum eſſe tritici Aſſarion, id eſt, Gomor quatuor drachmis.

Satum, Sextarij quatuor & uiginti, uidelicet cabi ſex.

Epha, Medimnus Atticus ſeu tria ſata, circiter ein Lipſiſcher ſchöffel.

Corus ſine ulla dubitatione Medimnos Atticos decem continet, Medimnus uero Atticus continet ſeptuaginta duos Sextarios, & fere congruit cum Epha.

Eſt igitur Corus, circiter zehen Lipſiſcher ſchöffel, pro appellatione Cori in Ezechiele uſurpatur nomen Homer, & literis differt à Gomor.

Lerech, dimidium Cori, id eſt Medimni Attici quinq;.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0035-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0036-8

CASPARVS PEVCE-
RVS MICAELI MEYENBVRG OR-
natiſſimi & prudentiſſimi uiri Mi-
caelis Meyenburg Senioris, Conſulis
Northuſani Piæ memoriæ filio
amico ſuo cariſſimo.

S. D.

EDIDIMVS ante annos aliquot rerum appellationes Paulus Eberus & ego, quas ueterum Græcorũ et Latinorum hiſtorijs diligenter perueſtigatis ac conſideratis, & rebus ipſis quam fieri potuit accuratiſsime conquiſitis inſpectiſq; aut exploratis annotaram in meos uſus, pertæſus tum peregrinarum & barbararum uocum, quæ ex recentiorum ſcriptis in Scholas inuectæ omnium aures perſonabant, tum penuriæ uocum, qua Scholæ laborabant. Idq; fecimus eo potiſsimum conſilio, ut doctos excitaremus ad hanc quoq; partem doctrinæ eruditioris ac politioris, quæ maxima & difficillima eſt reſtituendam & illuſtrandam, & reuocaremus paulatim in Scholas ueterum & eruditorum uocabulorum uſum, ſummota exploſaq; barbarie, qua oppreſſa illa penè obſoleuerant.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0037-3

Cum itaq; multi hactenus uiri præſtantes & res ipſas & rerum genuinas appellationes alij alias fœliciter explicarint magnis uoluminibus, hunc noſtrum breuem & mutilum ἔλεγχον, quod parum ſcholis profuturum exiſtimaremus, abolere decreueramus. Sed cum amicorum noſtrorum multi ne interire eam pateremur hortarentur, & retinere in ſcholis harum terrarum quod notis res nominibus indicarent, utiliter poſſe cenſerent, refragari uolũtatibus ipſorum noluimus. Vtantur ergo his uocabulis qui uolent non aliena certe à rebus ipſi coniectura accommodatis. Eruditos uero rogamus ut eo candore & ea beneuolẽtia de his coniecturis noſtris iudicent, quã humanitas, literatis digna ab ipſis & rerum difficultas atq; obſcuritas, quibus ſuas id eſt natiuas & ueteres reddere appellationes ſtuduimus requirit. Ad te uero hunc denuo editum & locupletatum uocabulorum ἔλεγχον mitto Cariſſime Micael, ut ſit teſtimonium meæ erga te beneuolentiæ perpetuum. Magna extant Patris tui integerrimi & præſtantiſſimi uiri merita in familiam noſtram. Ea nos perpetuo memore gratitudine celebrare decet. Nec occaſiones ullas unquã declarandæ gratitudinis negligemus. Atq; ut inter nos ſit amicitia talis qualis patri tuo fuit cum Socero meo opto precorq;. Bene & fœliciter

citer Vale. Vuitebergæ die 17. Martij. Anno 1556. Quo die ante annos 1374. Antoninus Philoſophus Imperator, uir doctrina, ſapientia, iuſticia, integritate, & militari uirtute ac laude excellens, qui concuſſas & labefactatas Imperij Romani uires reſtituit aliquantulum & erexit rurſus, diem ſuum obijt Annos natos 59. Eius præclariſſimum extat apud Dionem elogium. ὅμοιος

διά πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώ-
θη. οὕτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθός ἀνὴρ
ἦν καὶ οὐδὲν προσποίη-
τον εἶχε.

 APPEL-

# APPELLATIONES QVADRVPEDVM ET REPTILIVM QVORVNDAM.

ALce, Elend. Alberto Equiceruus Colorem habet ex cœſio nigricantem, pilos oblongos & duros. Mares cornuti ſunt: fœminæ his carent. Ex cornibus globuli, cochlearia et alia id generis candore nitido inſignia, torno parantur. Vngulæ pedum miranda ui paroxyſmis medentur epilepticis.

Aſinus, eſell. ὄνος ὁ καὶ ἡ.

Aſini ſyluestres ὄνοι ἄγριοι uel ὄναγροι. Wild eſell.

Aper. ὁ κάπρος. Wildſchwein. Animal ſæuum, quod petitum aut ictum iaculis, ſi non læthaliter uulneretur, irruit in Venatorem, arreptumq; proſternit, & dentibus quos exertos habet diſſecat, niſi aut prolapſus in faciem Venator pronus terræ incumbat, aut arbore conſcenſa euadat. Proſtratum enim & humi iacentem ab imo ferire nequit.

Biſontes, βισῶνες. Iubarum prolixitate equis ſimiles, cætera bobus. Magnæ pernicitatis & truculentiæ ſunt. Corole aſinino, Wildeeſell & Wildepſerde.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0040-0

Bos, βοῦς. ὁ καὶ ἡ. βοῦς ἄῤῥην. ochs.

Βοῦς θήλεια. Vacca. Ku.

Buccula. δαμαλίς. iunge Kalbe. iuuenca.

Vitulus. μόσχος. Kelblein.

Vitula. πορτίς. Kalbe.

Taurus. ταῦρος. Bos non caſtratus. ein ſtier. ein farr.

Tauri ſylueſtres. ταῦροι ἄγριοι. Bubali. Pǔffelochſen. Grandi ſunt corpore, cruribus breuibus, nigra pelle, cornibus longis et nigris, capite proportione paruo. Cauda breui, pilo minuto & nigro. Sunt & alij uelocitate inſignes, colore fuluo, pilo in contrarium uerſo, rictu patulo. Tergori duricies ſilicis omne uulnus reſpuens. Aurochſen. Aliqui Vros hos uocant.

Bonaſus. ὁ βόνασος ἢ μόναπος. Magnitudine bouis eſt, ſed corpore latiore, colore flauo, iubata ceruice, cuius color ex cinereo & ruffo mixtus. Ein Wiſontart oder Wildpǔffel.

Camelus. κάμηλος. Kammelthier. Animal grande, longo & gracili collo, capite exili, altis cruribus, amplo pectore & uilloſo, tuberibus in dorſo binis ut ephippia eminentibus, colore fuſco uergente ad flauedinem, pelle dura, inimicum & infenſum equis, alieniſſimum ab inceſtu coitu. Pullus matrem non attingit, ne quidem ſi com-

 pellatur.

pellatur. Refert Ariſtoteles Camelum pullum, cum admiſſarius, (quem ὀχεῖον Græci uocant) deſideraretur, ad matrem uelatam & inſtratam operimentis à curatore adductum primo eam conſcendiſſe, moxq; cum ſtragulis delapſis eam agnouiſſet ceu furore percitum in καμηλίτην irruiſſe & mordicus correptum intéremiſſe. In hoc genere qui dromedarij uocantur curſu ualent.

Cercopithecus. κερκοπίθηκος. Meerkatz. Diſſimilis eſt cæteris ſimijs uoce, pilo aſinino, nigro capite, prolixa cauda.

Crocodilus. κροκόδειλος uel ἀπό του δειλαίνεσθαι κρόκον. Refugit enim terrenus Crocodilus Croci nidorem: uel ἀπό τοῦ δειλαίνεσθαι τοὺς κροκάλους, Reformidat enim Aquaticus littora, timidiſsimus natura. Eſt autem alius ποτάμιος, id eſt, fluuialis, Alius χερσαῖος, id eſt, terreſtris. Hic ἀμφίβιος eſt, terra pariter ac flumine infeſtus. Solus animalium linguæ uſu caret. Superior ei maxilla mobilis, inferior immobilis. Fugit inſequentem, fugientem proſequitur. Crocodili Nilo & Ægypto proprius.

Chamæleon χαμαιλεών. Colorem ſubinde mutat, atq; eum adſciſcit & induit, quem proxime attingit cauda et corpore, præter rubrum et candidum. Figura lacertæ eſt, Cauda longa.

Caper

Caper. τράγος. Bock.

Hircus. τράγος vnuerſchnittener bock.

Capra. αἴξ, χίμαιρα, quæ peperit. Ein zige, geyſs.

Capella. χίμαρα, quæ nondum peperit.

Hædi. ἔριφοι. ziglein, Geiſslein.

Capreæ. δορκάδες. Reech.

Capreoli. Reeböcklein. Cerui ſpeciem hi præſeferunt corporis cornuumq; figura, ſed minores multo ſunt. Valent acumine uiſus. Vocem edunt ſonoram & debilem, quam dum inflatis arborum folijs imitantur Venatores, latitantes euocant atq; alliciunt, ac procurrentes uel iaculis configunt uel uiuos capiunt. Cornua eodem tempore abijciunt quo Cerui, ſed ferè in loca auia condunt, Quapropter non frequenter reperiuntur.

Damæ. πρόκες. Gemſen mit hörnern für ſich gebogē. Magnitudine figura & pilis à Capreolis non multum differunt. Cornibus uariant, quæ his non ſunt ramoſa, ſed longa, plana, & acuta, & antrorſum incuruata.

Rupicapræ à Damis differunt Cornibus retro inflexis, & in gyros ἑλικοειδῶς contortis. στρεψικέρωτες. Gemſem mit hörnern hinder ſich gebogen.

Capricornus. Ibex, αἰγοκέρως. Steinbock. In

alpibus frequens eſt, maior hirco, colore fuluo, cornibus grandibus, quibus cum ex altis deſilit rupibus, ſeſe excipit & fulcit, ne terræ allidatur aut ſaxis, mirandæ uelocitatis. Vbi effugia & euadendi occaſiones omnes interclusas eſſe ſentit, uertens ſeſe concitatiſsimo impetu fertur in Venatorem, ut eo præcipitato euadat.

Ceruus. ὁ ἔλαφος. Ein Hirſch.

Cerua. ἡ ἔλαφος. Ein Hinde. Hæc cornibus caret, quibus armatur Ceruus. Eſtq; cornuum maximus uſus in medicinis, ut & oßis Carthilaginei, quod in ſiniſtra baſi cordis ad orificia arteriæ magnæ & arteriæ uenalis duorum ſemicirculorum penè figura, ſe mutuo extremo ambitu contingentiũ conſiſtit, & pellis & penis. Cornua omnibus annis ſtato tempore Cerui amittunt, & tunc maxime inuia petunt. Viuaces ſunt, & ætatis indicium certißimum eſt raritas & ſcabricies dentium aut frequentia, non ramorum in cornibus numerus. Vidimus ipſi Cornua plurima in plures quam uicenos, quædam in tricenos binos, nonnulla etiam in quadragenos brachiata ramos. Tempore coitus, quod in Arcturi ortum incidit, ferè toto menſe aut abſtinent ab omni cibo, aut parcißime eo utuntur. Neq; ferè in captorum tunc uentriculis aliud quidquam præter harenulas reperitur. Capiuntur mirifico cantu

uel

uel humanæ uocis uel uel fiſtularum. Eſt & aliud Ceruorum genus Cornibus ima parte tantum & in rariores ramos ſparſis, ſuperiore oblongis ſimplicibus & acuminatis. Spisbirſch.

Canis. κύων. ein Hund.

Catellus. κυνίδιον. ein hündlein.

Catuli. σκυλάκια. iunge hündlein.

Canes Veſtigatores, quorum in uenatu ſolertia & ſagacitas plurima. Odore enim ſcrutantur & explorant, & uel produnt indicio, uel de latebris peruestigatas exturbant feras. κύνες ἰχνευτικοί. ſpürhunde.

Canes Venatici, qui latebris eiectas & fugatas perſequuntur feras, & uel mordicus comprehenſas retinent aut necant, uel in expanſa compellunt retia. κύνες θηρευτικοί. iaghunde.

Canes domeſtici. κύνες ἐπὶ φυλακῇ uel οἰκουροί. qui cuſtodiæ & excubiarum cauſa aluntur. haushunde.

Moloßi. μόλοσσοι uel μόλοττοι. κύνες ποιμενικοί. Schaffrüden. qui gregibus præſidij & defenſionis cauſa adiunguntur.

Catelli. μελιταῖα κυνίδια uel μελιτηροὶ κύνες. lusthündlein, qui in delitijs habentur, & exercentur atq; aſſueſiunt ad ludos ſaltusq;. Commune omni canum genere Cæcos gignere, qui eo

 tardius

*tardius uiſum accipiunt, quo plures uno partu eduntur. Ante ſeptimum tamen diem nunquam cernunt. Aiunt ſi unus gignatur, nono ei die à partu oculos dehiſcere atq; aperiri: ſi duo, decimo: atq; in totidem dies prorogari cæcitatem ſupra nonum, quotus eſt Catulorum ſimul editorum numerus. Inter hos uero præſtare illum, qui poſtremus uiſum adipiſcitur, & quem canicula mater præ cæteris fouens primum ad cubile deportat. Fideliſsima animalium quæ nobiſcum degunt, ſunt homini canes & equi.*

*Erimaceus.* ἐχῖνος ὁ χερσαῖος. ein Igell. *Notum animal pelle ueſtitum aculeata undiq;, præterquam ima parte, cui lanugo mollis rara & innoxia. Alimenta conquirit & in hyemem futuram præparat ac comportat magna ſolertia. Contractis enim ore pedibus ac tota parte inferiore ſeſe in rotundæ pilæ formam orbiculatim conuoluit ac complicat, & ſeſe uolutans ſupra poma humi ſparſa exertos in ea aculeos adigit donec adhæreſcant. Tandem onuſtus præda ſe rurſus explicat, unoq; ore arrepto ad cubile properat. Duo Erinaceorum genera ſunt, Porcini & Canini.* Sawigell & Hundsigell.

*Equus.* ὁ ἵππος. Ein Roſs, Pferd, Hengſt.

*Equa.* ἡ ἵππος ἢ ἵππος θήλεια. ein feldyn, ſtutt, gurr.

Pullus

Pullus equi. πῶλος. Fülchen. Equorum alij bellatores, alij itinerarij, alij Vectarij. Ex itinerarijs ſunt qui aſturcones & gradarij uocantur, quos in Hiſpania Thieldones gignunt. Zelter. Geneter. Et ueredi, Poſtroſs.

Cantherini, equi Caſtrati. Wallachen.

Marones. λευκόψαροι. Plaſſen. Tales Thracios fuiſſe equos apud Vergilium legimus.

Thracius Albis
Portat equus bicolor maculis, ueſtigia primi
Alba pedis, frontemq; oſtentans arduus albam.

Ex itinerarijs ſunt & κέλητες. Renpferde. Fuerunt enim in uſu ueteribus duo genera equeſtrium certaminum, συνωρίς & κέλης. In Synoride agitabantur bigræ. κέλης erat agitatio μόνιππος.

Elephas. Elephant. Animal grande uix ante (ut opinor) in Germania uiſum, quam à Maximiliano Rege Bohemiæ Ferdinandi filio ex Hiſpanijs Viennam adductum eſt. Ab ore προβοσκίδα demittit longitudine decem cubitorum, Carthilagineam, mobilē, in cuius extremo duo ſunt patula foramina narium inſtar, & ſupra eam acuta lingula, qua arripit res minutiores. Maiores .n. tota proboſcide exerta reflexaq; apprehendit et attrahit. Cutis ei cinericei coloris, ſcrabra

&

& aſpera, de pilis, qualis eſt equorum attritorum funibus. Dicitur extimeſcere mures, iisq; terreri ac fugari, & cohorreſcere ad grumitum porcorum.

Fiber. κάστωρ. Biber. Animal ἀμφίβιον, pedibus prioribus caninis, poſterioribus anſerinis, quibus cum natat in aquis remigat, pelle cinerea declinante ad ingredinem, cauda oblonga lata et chartilaginea, qua fluitans uice gubernaculi utitur, horrendi morſus, adeo ut & arbores iuxta flumina dentibus ceu ferro cedat, & hominis parte comprehenſa non antequam fracta concrepuerint oſſa morſus reſoluat. Teſtes eius Medici καστόριον uocant. Bibergeel.

Felis. ὁ γαλέοτης. Katz. Catus. ὁ αἴλουρος. Katter. Notum & domeſticum animal, Specie Leoni non abſimile, præſertim faciei dentium & unguium. Eſt et ferarum ac ſylueſtrium felium genus, domeſtico maius, pilo fulueſcente, ſed uariata nigricie undulatim intermixta. Wildkatzen.

Glis. ὁ ἔλειος. Fech. Schönberg. Animal eſt de genere murium, ut placet Alberto, & breuibus pilis ac tenera pelle ueſtitur. Colore uarium eſt, in dorſo cæſium, inferne album, breui pilo molli & tenero, ſemiferum. Genitorem ſenecta feſſum inſigni pietate alit. Incunte hyeme abdit ſeſe in

caua arborum & tota bruma deliteſcit ac pingueſcit. Æſtate rurſus prodit ac uelut iuueneſcit. Verſatur ac degit in ſyluis.

Hyſtrix. ὕστριξ. Vulgo Porcus ſpinoſus. Stachelſchwein, Ex genere Erinaceorum eſt ſeu Ericyorum. Longis circumquaq; armatur aculeis, & cum intendit cutem miſsilibus, colore per interualla uarijs partim nigro, partim albicante. Ora his urgentum pungit & ſauciat canum, & longius etiam eiaculatur in proſequentes. Latet æſtate, hyberno tempore de cauernis prodit.

Hyæna. ὕαινα. ignota. In mortuorum ſeſe abdit ſepulchra, & noctu ouium adit ſtabula, redditisq; quas audit uocibus perfecta imitatione paſtores euocat, egreſſos laniat ac deuorat.

Leo. λέων. Law. Leæna. λέαινα. Hæc iuba caret, qua leo decoratur. Pelle tegitur fulua, anterius uilloſſa, poſterius breuibus & confertis intexta pilis. Oculi ei χαρόποι. Species oris feli ſimilis. Refugit & abhorret ſcorpiones, & ad conſpectum albi coloris præfulgidi, atq; Galli cantum expaueſcit ac contremiſcit.

Lupus. λύκος. Wolff. Ferox beſtia, fraudulenta, crudelis & uoraciſsima, ſed amans ſobolis ſuæ. Infeſta ouibus naturaliter. Figura Canibus non abſimilis. Septentrionales regiones gignunt

etiam

etiam aluntq; lupos nigricantes, maxime uero Moſcouia & Lituania, minores uulgaribus, non abſimiles uulpibus cæruleis, de quibus infra, ſed aſperiore pilo.

Lupus ceruarius. Θῶς. Luchs. Acerrimi morſus animal, oblongum, breuibus cruribus, pelle indutum infra albicante, ſupra ex fuluo ſuppurpuraſcente, ſed maculis notiſq; uaria, quæ ſpeculorum inſtar radiant, pilis mollibus confertis longiſq; obſita, qui in Ventre longiores ſunt & pulcriores, ſed rariores. Eſt autem tam ferum & ſæuum animal ut lupum etiam inuadat atq; interficiat.

Lepus. λάγως χερσαῖος. ein Haſe. Alius eſt θαλάττιος.

Cuniculus. δασύπους uel κούνικλος. Minor eſt lepore, colore albo, aut uario, aut leporino. Cætera lepori non abſimilis. Antra querit & excauat in montibus, eaq; æquat puluere, ne peruestigentur. Mane & Veſperi prorepit, atq; in ueſtibulo antri ſedens circumſpectat. Fœtus horum, quos uel uberibus ablatos uel uentre exectos Romani in delitijs habuerunt, latini Laurices uocarunt. Küniglein.

Lynces plurimos alit Suecia circa Helſingiam, oculis perſpicaces, toto corpore ſed in collo maxime uarios & maculoſos, linguis ſerpentinis,

tinis, quas exerunt & ex porrigunt in longum, unguibus magnis, oculis prominentibus, collo flexibili, quod mirifice circum agunt. Sueci uocant Kattluchs.

Lutra & Lutris. ἐνυδρίς. Otter. Natter. Ἀμφοτερίζει ut fiber, longior latiorq; Catto, colore fuſco, nitente, cruribus breuibus, longa cauda, pilo pluma molliore, acutiſsimi morſus. Nam hominis parte correpta, à morſu non deſinit, niſi fracta & cominuta crepent oſſa.

Latax. λάταξ. ex aquis lutræ modo uictum petit. Vulgo Noertza. Nurtz. Lutræ cognatus Ichneumon Ægyptius, ein Ægyptiſcher Otter.

Lacerta. σαῦρα. Lacerta Viridis. Grüneidex.

Lacerta chalcidica. σὴψ ἢ σαῦρα χαλκιδική. Kupffereidex.

Lacerta aquatica. Waſſermolch. Waſſereidex. qua pro Scinco hactenus multi uſi ſunt.

Μονοκέρως. Vnicornu. Einhorn. Animal mugitu horridum, equino corpore, capite ceruino, pedibus elephantinis, cauda ſuilla, uno cornu duos cubitos longo media fronte prominente, foris ob corticem quo tegitur raſilem nigro, intus candido & ſplendente, ex ampla baſi ſenſim faſtigiato in acutiſsimum apicem & ceu ἑλικοειδῶς intorto, circa extrema duro ac ſolido, uer-

ſus

ſus baſim caua & medulla candida referta.

Muſtela. γάλη. γάλη κατοικίδιος. Id eſt, muſtela domeſtica. Wiſel, bilchen, milchmeuslein. Minor eſt muſtela ſylueſtri ſaterio ſimilior quam mure, inferne alba, fulua ſuperne.

Muſtela ruſtica uel ſylueſtris. ἴκτις ἢ γάλη ἀγρία. Iltiſs. Domeſtica muſtela maior eſt. Mutat ſedem quotidie, & catulos transfert. Odit & perſequitur ſerpentes acerrime, quibus cum congreſſura munit ſeſe ruta. Vtraq; ὀρνιθοφάγας eſt & infeſta muribus.

Mus. μῦς. Maus. Mus domeſticus minor in domibus degit & horreis, corpore paruo, colore nigricante. Mus domeſticus maior, Ein Ratt.

Mus agreſtis maior uel mus ſubterraneus. Schurmaus. erdmaus, ackermaus. Fuſcum eſt nigris in facie maculis.

Mus ſylueſtris minor uel corylinus. Haſelmaus. Rubet cauda piloſa, delectatur auellanis.

Mus araneus. μυγάλη. Spizmaus. ziſsmaus. Venenatus eſt. Mus noricus groſſe ziſmsmaus. Pile.

Sorex genus murium ſubrubens, longa cauda acuta uoce, uenenoſum. Spitzmaus.

Mus Ponticus. μῦς ὁ πόντιος ὁ λευκός. Alberto Ariminius & Erebinius. Hermlein. Solus hic ex muribus albus, paruus, muſtelarum figura, qua

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0052-6

ra, quapropter ad muſtelarum genera aliqui referunt. Hyeme candet inſtar niuis, æſtate flaueſcit, inferne tamen ſemper albicat. Extrema cauda nigerrima eſt.

Mus aquatilis uel teſtudo lutaria. ἐμὺς uel ὁ μῦς ἢ ἐξιὼν ἐκ τοῦ ὕδατος. Waſſermaus.

Mus marinus.

Mus Alpinus & montanus. Alberto Emptra. Murmelthier. Magnitudine melium in Alpibus reperitur, quieſcens aut comedens reſidet in clunes. Pedibus binis poſterioribus ingreditur, prioribus uice manuum utitur, grunnitum edit. Huic ſimile ſpecie animalculum, quod cuniculum Indicum uocant, colore uarium, aut album, aut flauum, aut nigrum, aut mixtum, grunniens ut porcellus, ſed alpino mure minus eſt, & habetur in delitijs. Indianiſch Künglein.

Meles & Melis. Vulgo Dachſus. Dachs. Animal pingue, dorſo latiore, mordax admodum, pilis ſuperne ad ingredinem uergentibus, inferne candicantibus, ueruntamen & nigris ſuperius candidos & candidis infra nigricantes pilos aſperſos habet, cruribus breuiuſculis, capite in ſummo nigro, lateratenus albo. In metu ſufflatæ cutis diſtentu ictus hominum & canum morſus arcet. Duo melium genera. Vnum Caninum

πολυσχιδὲς pedibus. Alterum Suillum διχι-δὲς..

Martes & Martarus uulgo, ab Ariſtotele ut conijcio σαθέριον nominatur. Animal eſt figura muſtelæ, magnitudine Catti, longius tamen & breuioribus cruribus, ſuperne fuluum cum quadam fuſcedine, inferne album aut flauum. Duo eius genera. Vnum Faginum quod in fagis nidificet cognominatum, deterius eſt. Buchmarder. Dachmarder. Steinmarder. Alterum Abietinum, quod abietes amat & incolit, præſtat. Thannenmarder, Fichtenmarder, Baummarder. Satherio cognata, quæ uulgo Zobela uocatur, Ariſtoteli ut diuino σαθύριον. Sed præſtat pilorum mollicie, denſitate, colore ex fuſcedine in ſuperficie tenus nitente, ſubtus uergente ad cæſium, pellis ſoliditate. Cætera ſatherio ſimilis.

Machlis alci ſimilis, nullo propaginum flexu, celerrima. Quietura non in terram procumbit, ſed inclinato aliquantulum corpore ſtans arbori annititur. Frequens in Moſcouia eſt. Incolæ elend uocant, ut alcen ueram. Eſt in terris ſeptentrionalibus & animal, quod ab inſigni uoracitate Gulonem & πολυφάγον nominare poßumus. Sueci Ieuer uocant ut conijcio vielfras. Non multo maius eſt uulpe: coloris muſtelini,

lini, nigricantis, & pulchre nitentis, undulatim obſcure uariati ut in ſerico damaſceno: pilis longis, non ita mollibus: cruribus breuibus. Conſcendit arbores indeq; in prætereuntia deſilit pecora & homines etiam. Ventrem onuſtum diſtentumq; & turgentem cibo anguſtas rimas perrepens ita comprimit, ut cibos quandoq; exprimat.

Mulus. ὀρεὺς. Aſinus ſylueſtris uel montanus. Maulesell. Sui generis animal ab ἡμίονῳ diuerſum. Latini uocabulis non diſtinguunt.

Mulus. Mula. ἡμίονος. Differt à mulo montano. ἡμίονος enim nullum animal gignit, ut inquit Ariſtoteles, τῶν ἡμιόνων γένος ὅλον ἄγονον. Latini ex aſino & equo natum Mulum: Ex equo & aſina Mulam: Ex equo uero & aſina marem Hinnum uocant.

Oues. πρόβατα. quæ pariunt. Schaaff.

Oues quæ non pariunt. ὄιες. Scheps. Mares in hoc genere caſtrati uocantur à Latinis Verueces. Hammel.

Agni. ἄρνες ἢ ἀμνοι. Lemmer.

Aries. κριός. Wider. Virq; paterq; gregis.

Oryx de Caprearum genere, biſulcus, unicornis, prægrandi corpore, magnitudine hirci, barba ſub mento promiſſa.

Pardus. πανθὴρ. Lupus canarius. Animal ut

quibuſdam placet ſui generis. Alij marem pantherarum eſſe uolunt, Frequens in Africa, colore ex ceruleo aliquantulum nigricante, maculis nigris, oblongis, undulatim aſperſis, magnitudine canum uenaticorum maiorum, facie cattorum.

Panthera. πάρδαλις. Beſtia colore ex albo flaueſcente, maculoſa tota, notis orbicularib. fuluis ac nitentibus oculorum inſtar uariata. Amica feris omnibus præter aſpidem & draconem. Capitur uino inebriata, ut Oppianus refert.

πλατυκέρωτες à latis ſic dicti cornibus, ceruis ſimiles ſunt, cornua habent lata parte ſuperiore & ramoſa, ceruices iubatas. Prußia his abundat & Liuonia. Dambirſch & Damlein.

Rhinoceros. ῥινοκέρως.. Grande animal eſt, unum in nare cornu habens, quo ad ſaxum attrito & limato præparat ſe pugnæ cum Elephante, cui natura hoſtis eſt, & in dimicatione aluum maxime petit, quem ſcit Elephanti molliorem eſſe.

Sciurus. σκίουρος ἤ καμψίουρος. Eichorn. Muſtela paulo altior, rutilus, ſed hyeme rubedinem in cœſium uertit colorem. Caudam oblongam uilloſam & denſam habet, qua cum reſidet inflexa dorſum caputq; tegit, unde & nomen habet. Curſu ſaltuq; ualet plurimum, & tempeſtates occulto naturæ ſuæ ſenſu præſagit. Obturatis

tis enim qua ſpiraturus eſt uentus cauernis ex parte alia fores aperit.

Sciurus Cæſius figura, magnitudine, moribus & uictu priori prorſus ſimilis: colore diſcrepat, qui huic in dorſo cæſius, imo uentre candidus eſt. Pilis ueſtitur molliſsimis & delicatiſsimis. Eech. Schönberg.

Simia. πίθηκος, ein Aff. Genera Simiarum plura et diuerſa. κυνοκέφαλοι à Caninis capitibus dicti, Affen mit hundsköpffen. His efferatior natura & malignior.

Satyri & Sphinges mitiſsimi.

καλλίτριχες toto pene aſpectu differunt. Barbam habent in facie. Caudam late fuſam. Vulgo Æthiopicæ Simiæ nominantur. Ex hoc genere qui albent toto corpore, reliqua prioribus ſimiles, Indicæ uocantur Simiæ.

Scincus. σκίγκος uel κροκόδειλος χερσαῖος. Non eſt Waſſermolch ſeu Waſſereidexen. Sed ex Ægypto adfertur.

Sues. ὕες. Mares à Latinis Verres. germ: eber: fæmellæ Scrophæ nominantur. Sew.

Porcus. χοῖρος. Geſchnitten ſchwein. Inde χοιράδες, id eſt, ſtrumæ ſeu ſcrophulæ. Kröpff an dem hals.

Domeſticæ ſues. ὕες ἥμεροι. Hausſchwein. Syluestres & feræ. ὕες ἄγριοι. Wildeſchwein.

inter quas mas Aper latinis. Græcis κάπρος dicitur. ein wilder eber.

Rana, uel Rana ſubcinera. βάτραχος χερσαῖος. Froſch.

Ranuncula βατράχιον.

Rana uiridis. βάτραχος χλωρος. Duo eius genera. Vnum in aquis præcipue degit, quod coaxat. Linguam enim faucibus adhærentem & impeditam habet. Alterum terreſtre βρέξας. καλαμίτης. Laubfroſch. Vocalis eſt, & noctu maxime clamat, inſidens arboribus aut plantis, & tunc ferè pluuias prædicit.

Rana temporaria. Reinfröſchlein.

Rana rubeta, ὁ φρυνός. Maxima omnium, ueneni aliquantulum habens, degit in rubetis & dumetis.

Rana uenenata Foßilis. Bufo. πυριφρυνός. Fewerkröte. Cinerei eſt coloris & denſißimæ pellis. Viuit ſub terra, & humore terreno ueſcitur. Fit præda talpis.

μολουρίδες, βατραχίδες. γυρῖνοι. Kauelkröten. Cicades ſimiles ſunt.

Serpens. Schlang. Serpentum plura genera, quæ Lucanus recitat & Nicander.

Ἀκοντίας & ἀκοντιζὸς. Toto corpore extenſo in longum uibratoq; iaculi inſtar inſilit in

obuios,

obuios, & uenenato aculeo ualide in corpora adacto ſauciat atq; inficit. Vnde & nomen habet. Iaculos hos Lucanus uocat, Iaculiq; uolucres.

Ἀμφισβαινα. zweiköpffiche ſchlangen, Ἀμφικέφαλος eſt ut Solinus annotauit, Caput habens geminum, unum anterius, alterum inferius ad caudam. Sed uno reuera tantū eſt capite. Extrema cauda capitis formam refert, quod anteriorem tumida magnitudine æquat, & ſerpens ipſe ob coſtas quoquo uerſus mobiles in utramq; repit partem, unde ἀμφίσβαινα dicitur, ἀπό τοῦ ἀμφί βαίνειν.

Aſpidum genera Ægyptijs nota ſunt, cute aſpera & ſcabra, Cinerea, oculis Scintillantibus. His ad ubera admotis poſt Actiacum prelium ſeſe cleopatra interfeciſſe commemoratur. Intra trium horarum ſpacium hominem interimunt. Tria genera recenſentur. Πτύας quod expuit uenenum quo necat denominata eſt. Collo enim exporrecto, prætentataq; & explorata corporis quod petit diſtantia, poſtea uirius eiaculatur. χερσαῖα alterum genus, uel potius κεραῖα, id eſt cornuta. In capite enim duo eminent tubercula cornuum inſtar. Color corporis rubeus eſt. Venter Siccus & aſper. Longitudo duorum cubitorum. χελιδονία tertium, quod

ſurdum eſt, colore hirundinis. Longitudine unius cubiti.

Anguis, ein Schlang. Vocatur & nomine generis ſerpens. Naſci anguem ex medulla ſpinæ hominis tradunt, etſi ſua quoq; eſt anguibus coeundi & pariendi conſuetudo. Diſsident naturali odio à muſtelis, & ſaliuam hominis ut exitiale ipſis uenenum refugiunt. Si læſerint hominem, à terra non recipi amplius aut foueri dicuntur.

Baſiliſcus. βασίλισκος. Serpentum uenenatiſsimus, ut qui ſolo halitu interficit urit & corrumpit obuia quæque, adeo ut & quos conſpexerit, & qui ſtridulo ſono perſtrepentem audiuerit eos inficiat ſolo obtutu ſonituq;. Longitudo duorum palmorum eſt. Caput acutum, ornatum diademate cui Chryſolithi color guttulis uariatus candidis uelut quibuſdam interlucentibus gemmis, oculi rubentes. Color ex nigredine declinat in Cinereum. Occiditur à muſtelis domeſticis.

Βόα, ein Vnck. Habitatas domos ſubit, & halitu uenenato ſæpe totas adflat & inficit. Ad ubera adrepit Vaccarum lacte turgentia, quæ ſugens et pingueſcit et in molem augetur immenſam. In Aphrica Boam centum uiginti pedes longam inuentam legitur in Hiſtoria Romana.

Cæcu=

Cæcula. τύφλωψ. τυφλῖνος. Blindſchleiche. Parua admodum & gracilis corpore.

Calabricus ſerpens ignotus.

Natrix. Coluber. ὕδρος. χέρσυδρος. Natter. Serpens aquaticus, fontes ueneno inficit. Vnde Lucanus: Et Natrix uiolator aquæ.

Κέγχρις ignotus. Lucanus eius meminit. Et ſemper recto lapſurus limite Cenchris. Pluribus ille notis uariatam tingitur aluum. Quam paruis tinctus maculis Thebanus ophites, Concolor exuſtis atq; indiſcretus arenis Ammodites &c. Nicander κέγχρινον nominat à crebris maculis in milij ſimilitudinem.

Κεράστης. Serpens cornutus. Hörnichte ſchlange. Cornibus enim octo armatur, quæ ut arietum cornua intorta & in Orbem ἑλικοειδῶς conuolata ſunt. Caret ſpinis, proq; illis Chartilagines habet. Ideo flexuoſior cæteris & uolubilior. Colore eſt puluereo. Nicander ſena ei cornicula tribuit cum inquit. Ἄλλοτε μὲν πίσυρεσι, ὅτε δὲ δοιοῖσι κέραστης.

Διψάς. Situla. Figura eſt Viperæ, longitudine palmi, tota nigris tincta in dorſo maculis. Nomen ab effectu acquiſiuit. Sitim enim in illis quos ſauciatos ueneno ſuo imbuit accendit inexplebilem, qua uelut ardenti flamma uruntur inte-

rius, adeo ut & rumpantur quandoq;, ut plurimum uero conſumantur.

Δρυΐνος uel χέλυδρος. Eichſchlange. Latibula terra ad radices quercuum ſubruta excauat. Tanta ueneni eius eſt uirulentia, ut ſolo contactu membra quæ attingit, & tota denudet cute & tumefaciat. Moxq; eodem malo corripiuntur qui læſa membra contrectant. Cum peti ſe ab aliquo ſentit, uenatiſsimos & fœdiſsimos emittit fœtores, quibus organa olfactus adeo corrumpuntur ut nullos poſtea odores ſentiant aut diſcernant.

De appellationibus huius ſerpentis Nicãder. κῆρα δέ τοι δρυΐναο πιφαύσκεο. τὸν δὲ χέλυδρον ἐξέτεροι καλέουσι &c:

Et de fœtente fumo.

ὃ δ' ι ἀπὸ χροὸς ἐχθρὸν ἄητη
οἷον ἀπὸ πλαδόωντα περὶ σκῦλα καὶ δηλεῖ ἵππων
γναμπτόμενοι μυδόωσιν ὑπὸ ἀρβήλοισι λαθαργοι. Fumat dorſo, & quacumq; repit de terra ui ueneni fumos elicit. Lucanus. Tractiq; uia fumante Chelydri.

Dracones maximi ſunt. Minimus enim horum cubitos quinq; excedere: Maximus triginta æquare dicitur. Et timent tonitrua & crebro feriuntur. Drachen.

πόρφυρος ignotus.

Preſter

Preſter. πρηστὴρ, ab ardendo dictus. Lucanus. Oraq; diſſoluens auidus ſpumantia Preſter.

Pareas. παρείας παρὰ τὸ τὰς παρειὰς μείζους ἔχειν. Colore fuluo, oculis uelox, ore lato, morſu non maligno.

Σκυτάλη. Sola et prima exuuias hyeme deponit, cum uerno tempore cæteri ſerpentes exuant. Lucanus. Et Scytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis, Exuuias poſitura ſuas.

Σηπεδὼν ἢ σήψ. à putrefaciente ueneno nomen habet. παρὰ τὸ σήπειν τοὺς πληγέντας. Lucanus. Oſſaq; diſſoluens cum corpore tabificus Seps Induit colores loci, cui ſeſe applicat. Vt eſt apud Nicandrum.

τόπε δ' ἴψιος ἐμβατέει σήψ.
χροιῇ δ' ἀλλόφατον πέλει οὐ μίαν οἰαδὸν ἴσχει
αἰὲν ἐειδόμενος χώρῳ, ἵνα χηραμὰ τεύχῃ.

Vipera. ἐχίδνη. Mas in hoc genere ἔχις. Fœtus Viperarum ἐχῖηες apud Nicandrum, qui de his mira refert. etſi uera negant eſſe, qui Viperas uenantur. Cocunt mare ſemen in os fœmellæ proijciente, quod dum collo in os eius inſerto peragit, fœmella caput mari præcidit dentibus. Fœtus ubi maturuerunt uelut ulciſcentes parentem corroſis atq; exeſis lateribus uteri materni

terni erumpunt, atq; ita pereunte matre edũtur. Ob hanc cauſam parricidiæ antiquitus lege Pompeia nõ gladio igne aut alijs uſitatis ſupplicijs afficiebantur, ſed inſuti in culeum bubulum cum cane, gallinaceo, ſimia & uipera proijciebantur in mare aut uicinum flumen, ut omnium elementorum uſu uiui mortuiq; priuarentur. Mares utrinq; binos dentes habent acutos admodum, unum in ſuperiore, alterum in mandibula inferiore, tectos ueſicula membranea ueneni plena. Ex ea morſu perforata in uulnus quod dentibus faciunt uenenum illabitur. Fœmellæ plures habent. Tyrus è uiperarum genere eſt.

Sunt è ſerpentum genere & ἔλλοπες, λίβυες, μίαγροι, μόλουροι, αἱμοῤῥοΐδες, de omnibus Nicander. Ἔλλοπες ab imbecillitate ſic dictæ παρὰ τὸ ἐλλείπειν, uel ἔλλοπες quaſi ἴλλοπες διὰ τὸ εἴργεσθαι φωνῆς καὶ ἄφωνοι εἶναι. Eſt enim τὸ ἴλλεσθαι, εἴργεσθαι. ἡ δὲ ὄψ, φωνή. quod muti prorſus ſunt. μύαγροι, id eſt, Venatores murium. ἀπὸ τοῦ ἀγρεύειν τοὺς μύας. Vocantur & Rophiæ. Μόλουροι dicuntur quaſi cauda ingredientes.

αἱμόῤῥους Mas. & αἱμοῤῥοΐς Fœmella. Serpentis genus à quo icti per totum corpus ſanguine effuſo intereunt ut Nicander inquit:

μὴ

μὴ μὲν τοι θήλεια αἱμοῤῥοῒς ἰὸν ἐνείη
τῇ ἧ δ' ὀδαξαμένης, τὰ μὲν ἄθροα πίμπραται οὖλα
ῥίζοθεν ἐξ ὀνύχων ἣ κατείβεται ἄϛαγες αἷμα.

*Salamandra. ein Molch. Lacertæ ſimilis, cauda prolixa & flexuoſa, pedibus aduncis acutiſq;, cute aſpera & ſcabra, inceſſu tardo, oculis profundis, colore albo. Ignem quem tangit extinguit. Tanta ei frigiditas.*

*Stelliones.* ἀσκάλαβοι & ἀσκαλαβῶται. *Italis Tarantulæ. Senectutem quam exuerunt protinus deuorant, præripientes comitiali remedia. In dorſo pellem habent picturatam & punctis conſperſam, quæ ſtellarum inſtar radiant. Vulgo Salamandræ uocantur.* 7

*Scorpius & Scorpio.* σκόρπιος. *Scorpion. Nicander octo Scorpionum genera recenſet. Primum* λευκὸν *uocat à colore albo, cuius morſus non eſt læthalis. Alterum* πυῤῥὸν *à rutilo colore, quod ictis à ſeſe tremorem & ſitim commouet. Tertium* ζοφοειδὲς *à colore obſcuro. Quartum* χλοάον *à uiridante colore. Quintum* ἐμπέλιον *quaſi* πελιδνὸν, *à liuido colore. Sextum* καρκίνῳ ἴκελον, *id eſt, Cancro ſimile. Septimum* παγούρῳ ὅμοιον, *id eſt, Paguro ſimile, qui Cancro genus eſt. Octauum* μελίχλωρον, *à melleo cereo uel flammeo colore.*

*Talpa.*

Talpa. ὁ ἀσπάλαξ. Multworff. Animal notum, nigrum, pelle murium, quod ſub terra degit, eamq; ſuffodit ac ſubruit egeſtis uelut colliculis. Viſu deſtituitur: cute tamen detracta, quæ craſſiuſcula eſt, oculorum ueſtigia apparent, nimirum orbiculus nigricans, & in eius medio pupilla, quam κορήν uocant, tandemq; utriq; circumfuſum τό κυκλώπιον.

Tarandus. ein Reen & Reener. Animal ad Boream Suecis notum & reliquis gentibus Septentrionalibus. Videtur mixtum quiddam eſſe ex ceruo & dama, medium proceritate inter utrumq;, craßicie autem & robore neutri cedens. Forma corporis non multum à ceruo differt, niſi quod crura ſunt craßiora & breuiora, ita ut anterior tibia non uideatur excedere palmi longitudinem. Pes demißior eſt & eius ferè magnitudinis, cuius eſt Vacca in bimatu. Caput tenue eſt, argutum, ſiccum & oblongum, aures breuiores quam cerui. Cornua uero latius etiam ſeſe diffundunt, nec ſunt rami teretes, ſed nonnihil lati. In utroq; cornu ſtatim à radice recta ſupra oculos exit tanquam in mucronem ramus initio tenuis & teres, paulatim autem grandeſcens inq; latum ſeſe diducens, & tandem fiſſura multiplici ceu in digitos dehiſcens, quibus ſeſe

extre-

extrema illorum ramorum contingunt. Cicuribus in hyeme hi præciduntur, eo quod muſco ueſci uolentes, quem niue perfoſſa ungula anterioris pedis & diſiecta nudant, impediunt quo minus os terræ propius admoueant. Palmo ſupra illos ramos inſigniores duo trunci cornuum edunt alios duos in anteriorem quidem partem, ita tamen ut recuruentur in altum. Horum Caulis ferè cubitalis eſt priuſquam in ἀποφύσαδας aliquot latas finditur ac deſinit. Ab horum exortu trunci ipſi alte ſeſe erigunt, atq; ita incuruantur ut hemicyclij ambitum efficere uideantur, ſuperantq; extenſa in altum proceri hominis brachia. Extrema eorum tandem dilatata in ramos aliquot inſignes ima parte latos, ſumma nonnihil acuminatos finduntur. Singulis annis uere appetente cornua amittunt. Relinquunt illa in uertice capitis qua hæſerunt duo profunda uulnera, quæ quinq; aut ſex dierum ſpacio fouendo inuerſa ungula poſteriorum pedum ſanant. Renata cornua tota æſtate obducit & ueſtit pellicula uilloſa, quam autumno atterendo ſaxis arboribusue affricando deradunt atq; deglubunt. Non eſt illis idem color hyeme, qui æſtate. Hyeme enim nonnulli albi ſunt, alij flaui, alij fului, alij muſtellini. Æſtate omnes (exceptis paucis feris qui nigri ſunt) eiuſdem ſunt coloris & ferè

aſinini

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0067-0

aſinini nigricantis. Quia tamen pilorum qui albi ſunt alioquin, extrema nigricant, quando in horrore pilos diſtentæ cutis ceu exerunt colorem uidentur mutare. Inde fortaſſe nata fabula de Tarando mutante ſuum & rerum quibus aſtat aſſidetue colorem imitante. Venter illis albus eſt et pars etiam interior crurum anteriorum. Vngula nigra prorſus & diſtincta à crure tenui linea candida. In anteriore parte ſuffraginum macula eſt alba, oblonga, forma ferè amygdalæ. Videtur eſſe pars altiſsima totius corporis excepto capite, ubi ſpinæ coniungitur cauda. Inde ad armos uſq; dorſum uidetur in decliue ferri nonnihil. Cauda breuis eſt ut damarum, ubi exit è ſpina ſubcinericia in ſuperiore parte, in reliquis candida. Sub Cauda clunes incipiunt albeſcere perfecta figura inuerſi turbinis, cuius latitudo in baſi ea ferè eſt, quæ tranſuerſæ manus, longitudo duplo maior. Palearia propendent illis ut ceruis & bobus. Incedentes ſtrepidum edunt talem qualem ignis urens ſpinas. Paſcentes incredibili celeritate maxillas mouent cum ſtrepitu, qualem nos leuiter plaudentes manibus excitamus. Nulla re ueſcuntur quam nuda manu attigerit homo. Contenti ſunt cibo tenuiſsimo & cæteris muſcum aridum præferunt, qui ſaxis & aridioribus locis adhæret, qualis

pyris

pyris & malis ſeneſcentibus innaſcitur.

Tigris. Tigerthier. Animal Hircaniæ notum, colore ſubfuluo, maculis nigris, orbicularibus, & eleganti nitore fulgidis aſperſo. Tigris σχιζόπους eſt & γαμψώνυξ: πολύτεκνος & φιλότεκνος. Ereptam enim ſobolem odore ueſtigans perſequitur tantiſper, donec inueniat. Raptor fera conſpecta unum ex catulis abijcit, quem illa arreptum in ſpecũ reportat, moxq; reuertitur ut & cæteros repetat, iterumq; altero & tertio quartoue recepto redit, aſſequiturq; ac accelerat raptorem toties quoties inſequitur, donec extortos fœtus recuperet omnes, niſi aquis excludatur, ſobole nauigijs aucta.

Tragelaphus ex ceruo & hirco mixtũ quiddam eſt. Brandhirſch. Animal eſt cornibus armatum ceruinis: ſub mento hircina decoratum barba: uilloſo pectore: robuſtum & pugnax.

Vrſus. ἄρκτος. Beer. Robur urſo in reliquo corpore & potiſsimum in anterioribus pedibus: Caput inualidiſsimum, ut leoni fortiſsimum. Ideo urgente neceſsitate præcipitaturus ſeſe, capite pedibus operto deſilit, ac ſæpe craneo perfracto exanimatur. In terris borealibus reperiuntur & candidi urſi minores uulgaribus.

Catuli urſorum, σκύμνοι uel σκύμνα. Scri-

E bunt

bunt aliqui Vrſos rudem & informem edere maſſam, eamq; lambendo fingere & formare. Id negant uerum eſſe Venatores, qui & recentiſſimos urſarum partus conſiderarunt, & grauidis catulos execuerunt, abſolutos utroſq;.

Viuerra. Huius duo genera. Vnum paruum, capite uario, dorſo rubente, uentre candido. Cuti eius pili tam pertinaciter inhærent, ut à carne citius abſtrahatur cutis, quam euellantur pili. Germa: hamſter. Alberto Circetus Sclauica ſeu Illyrica appellatione. Alterum muſtela maius, colore ex albo croceoq; mixto, fœcundum, animalibus omnibus inuiſum, cuniculis infeſtum, quos uenatur & de caueis in retia propellit. Alberto furo & furunculus. Frette. Vtrumq; ὀξύχολον & μάχιμον.

Vulpes. ἀλώπηξ. Fuchs. Notum animal, callidum & fraudulentum. Foueas Melium ipſis abſentibus ingreditur, & conſpurcatas ſuis excrementis fœtore inquinat ingratiſſimo, quem illi abhorrentes deſerunt foueas & nouas parant. Male affecta pini ſeſe reſina ſanat ac reſtituit. Habet Suecia & nigras uulpes, quarum pelles in tanto ſunt precio, ut uiginti quinq; & triginta quandoq; æſtimentur aureis. Habet & cæruleas, & omnium uiliſſimas candidas.

Vri

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0070-6

Vri boues ſunt, quos Wiſent Germani uocant, collo, ceruice, & tota anteriore parte iubata, barba ſub mento.

Zapetion feli ſimile animal, ſed grandius multo & ferum, maculoſum, fuſcum colore. Ex genitalibus eius reſudat, id quod Zibetum uocatur, odoris delicatiſsimi. Zibetkatz. Eſt & animal Capreæ non abſimile, unico armatum cornu, prægrandi corpore, in cuius umbilico laxioris utriculi modo prominente ex effuſo in eum ſanguine Moſchum generatur, quod attrito ruptoq; umbilico reijcit. Biſem thierlem.

Scrapha animal eſt altitudine mediocris equi Thracici, cruribus ceruinis, poſterioribus breuioribus, anterioribus altioribus, tota parte poſteriore demiſsiore ac decliui, dorſo à clunibus uerſus collum ſenſim aſſurgente, collo gracili, longo, elato erectoq;, & altitudine oblonga Hungaricorum equitum ſpicula æquante, capite paruo hinnulorum aut capreolorum capitibus ſimili, cornibus duobus paruis, acuminatis, fronte ſumma exertis, pilo plano leuiq;, colore ex dilutiore flauedine nitido, candidis maculis Rhombi figura toto corpore diſtinctim & undulatim uariato, Vngula bifida plane ut ceruorum aut capreolorum. Meminerunt eius Topographi terræ ſan-

ctæ. Et Anno 1553. Bizantij apud Imperatorem Turcicum tale uiſum eſt, quod ſequenti mox anno extinctum eſt. Turci Surnapa appellatione cognata nominarunt.

# APPELLATIONES INSECTORVM.

APes. μέλιττη. Binen. κηρόποιαι. Has mortuas ſunt qui putent reuiuiſcere, ſi intra tectum hyeme ſeruentur, deinde uerno Sole torreantur, ac ficulneo cinere toto die foueantur. In totum uero amiſſas reparari, uentribus bubulis cum fimo obrutis. Vergilius ex iuuencorum cadaueribus apes, ut ex equorum ueſpas & crabrones, ex aſinorũ ſcarabeos naſci tradit. Et notus eſt uerſus Græcus. ἵπποι μὲν σφήκων γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν..

Dux Apum præſtantior. ἡγέμων πυῤῥὸς, der rötliche binen könig.

Apes rotundæ & uariæ, quæ optimæ. Μέλιτται στρόγγυλαι καὶ ποίκιλαι. Runde Binen vnd ſprencklicht.

Apes longæ. μακραὶ. Similes Crabronibus. Lenglichte binen.

Fures. φῶρες. Nigræ apes cum latiore uentre. Schwartze binen.

Aranei.

Aranei. ἀράχναι & ἀράχνια. Spinnen. Genera araneorum plura.

Phalangia. φαλάγγια. quorum differentiæ ſeptem.

ῥώξ & ῥάγιον. Acino nigro ſimilis, ore minimo ſub aluo, pedibus breuiſſimis tanquam imperfectis. Dolor à morſu eius qualis ab ictu ſcorpionis. kleine ſchwartze Spinnen / rund wie eine weinbeer.

Stellio. ἀσέριον. Albis ſeu ſtellatis uirgulis diſtinguitur. kleine ſprencklichte erdſpinnen. Hinc ſtellionatus crimen.

Cœruleus araneus, κυάνεον. lanugine nigra. Caliginem concitat & uomitus.

Araneus muſcarius. ἀγρώστης. Venatur muſcas telis in ariete latiſſime expanſis. Fliegenfanger.

Σφήκειον & δύσδηρι. A difficile pugna denominatum eſt, inimicum ueſpis. A crabronibus penna tantum differt.

Μυρμήκειον. Araneus capite formicis ſimilis, aluo nigra, albis guttulis diſtincta. Veſparum dolore infeſtat. Septimum Cantharidibus ſimile.

Alterum genus araneorum ὅλκον & λύκειον uocant, id eſt, lupinum. Species eius duæ. Vna quæ non texit. λύκος μικρὸς. Altera quæ ad

 ſæpes

ſæpes texit, lanuginoſa, grandi capite. λύκος μείζων, id eſt, lupus maior. zaunſpinnen.

Tertium genus ἀνώνυμον. Sapientißimum omnium & artificioſißimum in texendo.

Quartum. τετραγνάθιον Plinio.

ASylo. Tabanus. Oeſtrum. οἶστρον. Bremſe. Pungit & infeſtat in æſtu.

Aureliæ. χρυσαλλίδες. Goldwürmlein. Fiunt ex erucis olerum & oleribus inſidunt. In Raphani folijs enim primo uere ros calore ſolis ſpiſſatus cogitur in milij magnitudinem. Inde porrigitur uermiculus paruus, & triduo mox eruca, quæ adiectis diebus accreſcit, immobilis, duro cortice, ad tactum tantum mouetur aranei. Hæc deinde eruca, quam χρυσαλλίδα appellant, rupto cortice uolat papilio.

Bombyx. βόμβυξ. Seidenwurm. Sunt autem Bombyces primum erucæ albæ, cum ſericum nent. Ex his bombyli fiunt: ex bombylis Necydali: ex Necydalis ſex menſibus uicißim bombyces.

Blattæ lucem fugiunt, & ex humida naſcuntur materia. Heymen. Differentiæ earum tres. Molles. μυλοῖκα. quæ circa molas naſcuntur, & quæ odoris tedio inuiſæ acutas clunes habent. Grylli ablattis differunt. Sunt enim animalcula ſimilia locuſtis ſine pennis. Græce τρυξαλίδες. Feldheimen. Feldgrillen. Feldheuſchnecken.

Blat-

Blattæ piſtrinariæ. σίλφαι αἱ ἐν τοῖς ἀρτοκοποιοῖς. Meelwürm. Brodwürm.

Blattæ uirides. αἱ πρασοκουρίδες. Arrodunt herbarum & præcipue porrifolia. Vnde Porricidæ nominantur.

Bruti. ἀττέλαβοι. Krautwürm. krautkefer. Sprenkell.

Bupreſtes. βουπρήστεις. Qualſter. E Cantharidum genere, ſimillimæ ſcarabæo longipedi. Fallunt inter herbas boues, deuorataeq; ita inflammant eos, ut rumpantur. Vnde & nomen inuenerunt.

Clerus. κλῆρος uel πυραύστης. Vermiculus araneo ſimilis, qui parit in alueis. Nocet fauis & facit ut examen ægrotet.

Βουκαρίδες, uel ὄνοι, uel ὀνίσκοι, uel τίλοι. Latini millepedæ & multipedæ. Vermes piloſi, qui naſcuntur in humidis locis uel ſub uaſis aqua repletis, multis pedibus arcuatim prorepunt, atq; ad tactum contrahunt ſe. Eſelchyn.

Crabrones. ἀνθρῆναι. Horlizen. In cauernis ac ſub terra nidos faciunt exluto.

Crabrones ſylueſtres. ἀνθρῆναι αἱ ἄγριαι. In arborum cauernis degunt. Ferociores multo & nocentioribus prioribus. Ictus eorum abſq; febre non eſt. Ducem eligunt ut apes, & aculeo omnes armantur.

Culices. ἀσπίδες. κνῖπες. Mücken. Schnocken. Differentiæ Culicum plures.

Culices ficarij. ψῆρες. ψλῶες. Generat hos Caprificus fructibus ſuis.

Culices Vinarij. κώνωπες. Oriuntur ex Vermiculis, qui uini fece aceſcente gignuntur.

Culices muliones. αἱ ἐμπίδες. Ex tipulis quas aſcarides græci uocant Circa puteos & aquas naſcuntur. Waſſermücken.

Cicadæ. τέττιγες. Heuſchnecken. Differunt à locuſtis noſtris, quæ in ſegetibus degunt. Cicadæ ſonoræ, quæ canunt, ἄχεται. Minores mutæ. τεττιγόνια.

Cicindelæ. Nitedulæ. Duplices ſunt. Aliæ non uolant. πυγολαμπάδες αἱ ἄπτεροι. A clunium fulgore nomen ſortitæ. Fiunt ex erucis piloſis & mutatæ degenerant in Cyrros κοσσύχους dictos. Aliæ uolant, πυγολαμπάδες αἱ πτέρωτοι. Cicindelæ uolantes. Lichtmücken. Lucent de nocte & in tenebris oculos uelut fulgore præſtringunt. Circa elychnia uolant ueſperi.

Cantharides. αἱ κανθαρίδες. Muſcæ uirides. Goldkefer. Fœtent & cum uim habeant διουρητικὴν, incautius ſumptæ renes exulcerant.

Cimices. κορεῖς οἱ ἀπὸ κλίνης. Wantzen.

Coßi. ξυλοφθόροι. Holtzwurm. Vocantur & σκώληκες. Sed hoc nomen generale eſt.

Coßis

Coßis cognatæ θρῖπες, ſed minores. Kleine boltzwürmlein.

Erucæ. κάμπαι. Raupen. Erucæ Pinorum. πιτυοκάμπαι.

Formicæ. μύρμηκες. Emſen. Laborioſæ ſunt, tota æſtate conuehunt & reponunt, quo hyeme fruantur.

Fuci. κηφῆνες. Threnen.

Gurguliones. κίες. Kornwürm. Infrugum exeußis granis naſcuntur, eaq; corrodunt & deuorant.

Αἱ λαμπυρίδες. Fewerkefer. Lucent ignium modo noctu clunium & laterum fulgore.

Hepiolus. ὁ ἠπίολος. Papilionum genus quod circa ardentes lychnos noctu uolitat & ſæpe impetu flammam extinguit. Kleiner zweyfalter.

Hirudo. βδέλλα. à ſugendo dicta. Sanguiſuga. Aegel.

Lentes. κονίδες. Niſſen. Ex pediculorum inter ſe coitu generantur in capite & aſperginis inſtar pertinacißime capillitio inhæreſcunt.

Locuſtæ. ἀκρίδες. ſic dictæ ὡς ἐπὶ τῶν ἄκρων ἀθέρων τοῦ σίτου ἱπτάμεναι. Variæ ſunt, differuntq; magnitudine & coloribus. Germani una uoce Heuſchnecken uocant. ἀκρίδες αἱ ῥιχάκοσκοι uel ὄνοι, Latine Aſiraci uel Aſelli. In Lybia co-



bia co-

bia comeduntur. Carent alis. Vidimus annis ſuperioribus magna locuſtarum agmina ex Oriente appulſa & Meridie, quæ tam denſo confertoq; uolabant agmine, ut ſolem obumbrarent: pennarum uero ſtridore tanto, ut alites eſſe crederentur. Immenſos tractus alarum permeabant remigio, & quacumq; procumbebant multa tactu adurebant, omnia uero arrodebant morſu, ut demeſſa attonſaq; uiderentur.

Byturi. ἶπες. Vermiculi, qui ex auſtrina cœli conſtitutione putreſcente in uitibus humore ſuperfluo & excrementicio naſcuntur, cum primum germinant Vites, eroduntq; gemmantia uitium germina. κάρπαι in oleis naſcũtur uitio aliquo affectis cœli terræuè iniuria, cum primum germen edunt uel effloreſcunt.

κράμβοι. Vermes in Vuis & Pampinis nati ex affectione ærugini ſimili.

Ἄκαρι. Animalculum quod in uetuſta cera de putredine humoris aquei reliqui poſt aëreũ humidum attenuatum & pene abſumptum gignitur.

Lytta. λυττὰ. Vermiculus qui linguæ canum innaſci atq; inſidere conſueuit, quo exempto Catuli nec rabie corripiuntur nec faſtidiũ ſentiunt.

Lumbrici. ἕλμινθες. Naſcuntur in animantibus & eorum præcipue inteſtinis. Origo è putredine eſt. Würm.

Lum-

Lumbrici rotundi. στρογγύλαι. Runde lange Würme.

Lati lumbrici. πλατεῖαι. Dicke Würme.

ἀσκαρίδες. Latine Tipulæ. Kleine Würmlein. Albicant & ſæpe magno numero ab infantibus præſertim ἀδδηφάγοις eduntur.

Lumbrici ſeu Vermes terreſtres. γῆς ἔντερα. Regenwürm.

Μίδαι. Vermiculi conſummentes fabas. Kleine bonenwürmlein.

Muſcæ. μυῖαι. Fliegen. μυώπες. Roßfliegen.

Mordellæ. ὀρσοδάκναι.

Νύμφαι Vermiculi uocantur, ex quibus mutatis Apes, Veſpæ, & Crabrones generantur, ſcilicet cum mutari iam incipiunt.

Pediculi. φθεῖρες. Leuſe. Origo pediculorum è putredine in animantibus, quorum caro laxior humidior & περίττῳ μαλακωτέρα, qualis ſuum et anſerum. Inde φθειρίασις, qua perijt L. Sylla. Leuſeſucht.

Pulices. ψύλλαι. Flöe.

Papiliones. ψυχαι. Summer vogel, zweifalter. Differunt coloribus, qui alijs candidus eſt, alijs ex cœruleo candicans, alijs niger, alijs aureus, alijs uiridis, alijs & pleriſq; uarius.

Tipulæ.

Tipulæ. αἱ ἀσκαρίδες. Ex his fiunt Culices muliones. Waſſerſpinnen.

Ricini. Vermiculi ſeu pediculi Canum.

Scarabei Tauri uel Lucani. κάραβοι. Schrőter. Hőrnichte kefer. Scarabei terreſtres. Cornua his prælonga bifidis dentata forcipibus, quæ ad morſum in cacumine comprimunt, ut Cancri chelas ſuas & Scorpij.

Scarabei Virides et Gallerucæ. αἱ μηλόλονθαι. Grűnkefer.

Reduuij. κρότωνες. Holtzbőck. Pecudibus æſtiuo tempore aculeo totoq; capite infixo inhæreſcunt, ſugentes ſanguinem.

Scarabei pillularij. αἱ κάνθαροι. Roßkefer. Hi in fimo quem uolunt hyeme conduntur examines, & Vermes pariunt, quibus Verno ſole fotis ac uiuificatis reſtituuntur.

Scolopendra uel Centipeda. Noſſel. Oſſel. Pennatis connumeratur inſectis. Diſciſſa longo uiuit tempore, ut plæraq; inſecta longa πολύποδα, & pars abſciſſa tam caudam quam caput uerſus mouetur.

Tineæ. σῆτες. Schaben. Vermiculi qui Veſtes arrodere & libros conſueuerunt.

Teredo. πενθρηδών. Kupfferwurm. Non abſimilis Crabronibus, ſed uaria & latitudine proxima apibus. Appetit delicatos & dulces cibos auide,

auide, ad eoſq; cum impetu aduolat. Vnde & nomen habet, τένθρεια enim λιχνότητα ſignificat et γαστριμαργίαν. Aculeus eorum τὸ τενθρηδόνιον.

Teredo. τερηδών. Erucæ nomen quæ in aluearijs gignitur.

Veſpæ. σφῆκες. Weſpen. Duæ ſunt Veſparum differentiæ. Feræ. ἄγριοι σφῆκες. Et Placidiores, ἡμερώτεροι. Inter utraſq; quædam duces ſunt, quæ præeunt cæteras, uocanturq; μῆτραι, id eſt, matres, quædam operariæ, quæ & laborant fauos nidoſq; fingendo ut apes, quanquam ſteriles, & ducibus ſeruiunt atq; adminiſtrant neceſſaria. Eſt & Veſparum genus, quod ἴουλος & μυριόπους Græcis dicitur.

# APPELLATIONES VOLVCRVM.

## Aquilarum genera.

AQuila, ἀετός, Adler / Arhn / ſex aquilarum genera.

Valeria, μελαινάετος, id eſt fuluia, uel λαγοφόνος, id eſt leporaria, inde quod lepores uenatur, Colore nigricans, minima magnitudine, uiribus præcipua, ſola alit & educat fœtus ſuos. Haſengeyer.

πύγαργος, id eſt, albicilla, ab albicante cauda, uel νεβροφόνος, id eſt, hinularia. Huius pullum, priuſquam cauda albicet, Romani augures immuſulum uocarunt.

Μόρφνος, id eſt, Næuia à macula pennæ, uel νηττοφόνος, id eſt, anataria, uel πλάγγος, id eſt, plancus ſeu clanga, Homero πέρκνος, ui & magnitudine ſecunda. Ingenium eſt ei teſtudines raptas frangere è ſublimi iaciendo.

Περκνόπτερος ab alarum notis, uel γυπαίετος à uulturina ſpecie, uel ὀρειπέλαργος, id eſt, Ciconia montana. Imbellis ac degener adeo, ut uerberetur à coruo, famelica, querula, ſolaq; exanima fert corpora.

Ἁλιάιετος, id eſt, marina aquila. Clariſſima eſt oculorum acie, ex alto enim librans ſe, uiſoq; in gurgite piſce, præceps proruens diſcuſſis pectore aquis eum abripit. Pullos adhuc implumes productos, cogit aduerſum ſolem intueri, nolentes ferit, illacrymantes reijcit ut adulterinos, fiſcharhn.

Γνήσιος ἀετος, id eſt, uera germanaq; aquila. Sola incorruptæ originis, magnitudine media, colore ſubrutilo. Cæteras aquilæ, accipitres, & minutæ etiam aues promiſcua conſuetudine procreant, edell ahrn. Pennæ aquilarum reliquarum alitum pennas, ſi miſceantur deuorant.

Ex aquilarum genere & φήνη eſt, quam barbatam Romani, oßifragam Tuſci, augeres Romani ſanqualem uocarunt. Cæteris omnibus maior eſt, color eius ex cinereo albicat, nutrit pullos ſuos & aquilæ marinæ, quos ante maturitatem ab ipſa eiectos colligit, ſuſcipit & educat.

## ACCIPITRVM GENERA.

Accipiter, ἱέραξ, horum genera decem, generaliter à germanis Habicht aut Falcken uocantur.

Buteo, τριόρχης à numero teſtium, Buſarhn.

Æſalo, αἰσάλων, ahrn, ſolus omni tempore apparet, cœteri hyeme abeunt.

Circus. κίρκος, Falck. Proſperrimi olim fuit augurij nuptialibus negocijs & pecuniariæ rei, unde adhuc uſitatum eſt noſtris germanis in amatorijs elegijs circorum meminiſſe. ſunt horum differentiæ plurimæ.

Stellaris accipiter. ἀστερίας, Blawfuß.

Palumbarius accipiter, φασσοφονὸς uel φασσότυπος, ein Taubenfalck.

Pernix, πέρνης, uulgo gyrofalco, Stosfalck.

Subbuteo, ὑποτριόρχης, latior reliquis, Habicht.

Perca, πέρκος, Schmirlein uel Sperber, aliàs Niſus.

Acci-

Accipiter fringillarius, Rotelgeyer, σπιζίας

Rubetarius accipiter, φρυνολόχος, Hűnner ahrn.

Leuis accipiter, λεῖος ἱέραξ, Bawmfalck.

Cybindus nocturnus accipiter Plinio, qui bellum gerit cum aquila. χαλκὶς uel κυμινδὶς. Bergfalck.

Alauda, κόρυδος uel κορύδαλος, Lerch, Genera earum plura. Vnum criſtatum ἐπίγειον uel λόφον ἔχον, unde caßita latinis & galerita dicitur, Heubellerch.

Alterum gregale, ἀγελαῖον, ſine criſta, Sang lerch. ἔυπτερος, colore priori ſimilis, ſed minor, & uolatu alta petit, cum caßita & raro euolet, & euecta alis, ſtatim rurſus procumbat, neq; altis nec longis ſpacijs confectis.

Eſt & tertium ἀνώνυμον græcis, Steinlerch.

Acredula, ὀλολυγὼν, Greinerlin.

Αἱματόπους, ἢ ἐρυθρόπους, Rottfangk.

Allectatrices aues, παλεύτριαι, Lockuogel.

Anas, νῆττα, Mas anatum, Entrich, Erpell, fœmella Ente, στεγανοπόδων genus.

Anates ſyluestres νῆτται αἱ ἄγριαι, Wildentten. Maiores quas germani groſsenten, mertzentten uocant, ima ſupremaq; corporis parte cæſiæ ſunt, pennas alarum & alijs aſperſas coloribus, præcipue tamen purpureo nitentes habent, collo

capitiq;

capitiq; uiredo ad nigredinem tendens ineſt, medium collum candidus ambit circulus. Fœmellæ uariæ ſed cinereæ & nigris albiſq; maculis diſtinctæ ſunt.

Βοσκάδες, quibus roſtra latiuſcula & ſima, cinereus color nigredine uariatus, mittelentten.

Φασκάδες. anatibus ſylueſtribus fœmellis ſimilimæ ſed minores, krichentten. A Varrone lib. 3. querquedulæ uocantur.

Οὐρίαι plus cæteris nigricant, minores ſunt, anguſtiore roſtro & oblongo. Meerentten.

Anſer, χὴν, anſer maior. Gans. Zamgans.

Anſer minor ſeu gregatilis, χὴν ὁ μικρὸς ὁ ἀγελαῖος. Zwildgans. χηναλώπηξ Vulpanſer, ignotus.

Chenerotes fero anſere minores, Seegenſe.

Ardea, Ardeola, ἐρῴδιος. Tria earum genera, πέλλος. ein blawer Reiger.

Λευκερῴδιος, id eſt, ardea alba. ein gemeiner Reiger, ἀστερίας ἐρῴδιος, id eſt, ardea ſtellaris, quæ cognominatur ὄκνος à pigritia, roſdam, Rordummel, pittouer, Plinio onocrotalus.

Atricapilla, μελαγκόρυφος, Münchlein. Caret ſummæ linguæ acumine ut luſcinia, quod his duabus proprium eſt. Currucæ ſimillima, cinerea, uertice nigerrimo, qualem auriuittis habet.

Auriuittis, χρυσομήτρις. Goldfinck, Lobfinck, Thumpfaff, Gumpell. Vertice tota nigra, ima parte punicea, ſuperiore cinerea, nigricans. Fœmella in hoc genere tota cinerea, uertice nigro ut mas. Vocatur germanicè Quetſch, à uoce quam edit.

Argathylis, ἀκανθυλλίς ex ripariarum genere hirundinum, Spirſchwalben.

Brenthus, βρίνθος. Montes colit & Syluas, ὄρνις ὠδικὸς & εὐβίοτος. uocem edit ſonoram & ſuauem.

Caprimulgus, ὁ αἰγοθήλας, ein Pfaff. Interdiu cœcutit, noctu cernit acutè, maior minima merula, minor cuculo, ἦθος βλακικός, ſugit ubera caprarum furtim, quæ exhauſta emoriuntur, & capris quas ita mulſerunt, cœcitas oboritur.

Carduelcs, θραυπίδες, Diſtelfincken, Stiglitzen. Dorſum eis cinereum & fuſcum, alæ croceo colore nigroq; mixtim & alternatim uariatæ, albiſq; notatæ maculis, uertex nigricans, roſtrum niger ambitus, hunc miniatus, miniatum cœſius circumdat. Valent amœnitate uocis, & imperata faciunt, nec uoce tantum ſed pedibus & ore.

Cataracta, καταράκτης, albus falco, Weiſſer falck. Viuit in maritimis locis, paulo minor accipitre.

Cœru=

Cœruleo, κύανος, Klein zimmer, cœruleus totus, minor merula, maior fringilla, acuto roſtro, breuibus pedibus.

Ciconiæ, πέλαργοι, Storcke. Hyeme exacta nidos eoſdem repetunt, & parentes ſenio confectos uiciſsim alunt, & paſtum educunt. Dicuntur πέλαργοι διὰ τὸ ἔχειν πτερὰ μελάντερα ἢ λευκὰ, πέλον uel πέλιδνον liuidum fuſcum ſignificat, ἀργὸν album.

Collurio, κολλυρίων, ex turdorum genere, Brachuogel. Capitur ſub hyemem maxime, nec figura nec magnitudine multum diſsimilis merulæ, colore fuſco, terreo, obſcuro, ut humi ſedens uix agnoſci, & à terræ colore diſcerni poſsit.

Certhia, κέρθιος, parua auis, minor carduele, uaria, pulchra, moribus & ingenio audax, ſagax in uitæ officijs, uoce clara, θριποφάγος. Hirengryll.

## GENERA COLVMBARVM.

Columba περιστερὰ abſolute, zametauben. Columbæ fidem coniugij non uiolant, communemq; ſeruant domum, neutri nota adulteria nidumq; neuter relinquit, niſi celebs aut uidua, tota

*tota æſtate fœtant, & triceſimo die prole priore expedita rurſus pariunt.*

Liuia, πέλειας, Holtztaube, *dicta à liuore, liuet enim plumis & penè nigricat, pedibus rubris ſcabroſiſq; eſt, minus cœteris columbis manſueſcit, minor columba domeſtica.*

Palumbes, φάτται. *Mas in hoc genere* φάψ, *palumbus*, Ringeltauben. *Maximæ ſunt corporibus in columbaceo genere palumbes. Vere & æſtate gemunt, hyeme diſcedunt cum turturibus.*

Vinago, οἴνας, *ex columbaceo genere, minor palumbe, maior columba, autumno conſpicitur & capitur.*

Turtur, τρυγὼν ὁ κοιλῆ, *minimus columbacei generis, parit bina oua, interdum terna, & duo excludit, tertium relinquit, quod* οὔρινον *græci &* κυνόσουρον *uocant.* Turteltaube. *Collum ut cæteræ eiuſdem generis bibens non reſupinat.*

Pipiones *iunge* Tauben.

Cuculus, κόκκυξ, *de genere accipitrum, parit in alieno nido, ut* Palumbis, Currucæ, Alaudæ. *Fœtus ubi adoleuit pullos reliquos cum matre deuorat, procedit primo* Vere, *ortu caniculæ occultatur.* Kukuck.

Coturnices, ὄρτυγες, Wachteln. *Salaciſſimæ*

*ſunt,*

ſunt, pullos excluſos ut gallinæ, incubando refo= uent, prodeuntes ducunt & ſubinde transferunt, non in alto nidificant, ſed in plana area uepribus congeſtis nidos conſtruunt, autumno pingueſ= cunt. Cum migrant, duces ſequuntur ὀρτυγομή= τραν, lingulacam, otum & cenchramum, Re= deunt ſine ducibus, & propter corporis grauita= tem difficulter uolant, præſertim auſtro flante.

Χέννια apud Athenæum τὰ μικρὰ ὀρτύγια.

Cenchramus, κήγχραμος, ein Schreer. Dux coturnicum unus, quas & de nocte cum abeun= dum eſt, excitat & euocat admonetq́; itineris, uocem eius cum ſenſerint aucupes, intelligunt parari diſceſſum.

Cinclus, κίγκλος, Steinbeiſſer, Steinbicker, magnitudine ruticillæ, ex cinereo albicans, cau= dam mouens, τὰ ὀπίσθεν ἀκρατὴς.

Culicilega, κνιπολόγος, Fligenſtecher. Dif= fert à motacilla, magnitudo ei ſpini, color cine= reus, maculis diſtinctus, totus σποδοειδής καὶ καταϛικτος, uox parua, caudam mouet, Muſcas uenatur & culices.

Curruca, ὑπολάϊς, Grasmücklein.

Coruus, κόραξ, Rapp, pullos cum iam poteſtas uolandi eſt, non tantum nido eijcit, ſed perſe= quens tota pellit regione.

Calidris, καλίδρις, auicula parua, cinerea & uaria, agilis, & ad motum expedita, recta ſurſum prorepit, & accliuia quæq; conſcendit rectißimo tramite, Bawmkletterlein. καλίδρις cinerea, Bawmheckel.

Cornix, κορώνη. Krae.

Cornix cinerea σποδοειδὴς, Schiltkrae, Nebelkrae.

Cornix Nigricans, Schwartzkrae. Dißidet cum ulula, ardeolæ amica eſt, & ſola grandiorum auium pullos iam uolantes comitatur.

Cornix fera aut ſylueſtris, Holkrae. Maior reliquis, color ei partim cinereus ad albedinem uergens, partim fuſcus ut in capite & collo, alæ uarijs mixtim coloribus tinctæ, degit in ſyluis.

Cres, κρέξ, Schrick, aduerſatur merulæ.

Ficedula, συκαλίς, Schnepfflein, Wüstling. Latinum nomen inde factum, quòd cum ficus mature ſcunt, tum primum ferè prodit & conſpicitur. Cognata phœnicuro. Atricapillæ uerò adeo ſimilis, ut niſi cauda differrent, quæ illi rubea, huic cinerea eſt, uix poſſent dinoſci. Schnepfflein uerò inde denominata eſt, quòd auidißime hiantibus faucibus muſcas captat & culices.

Fringilla, σπίζη, Finck, Rotfinck, rubet in pectore, rubore obſcuro, & nigricante, nomen inde acquiſiuit, quod frigore cantat & uiget.

Frin=

Fringilla montana, ὀρισπίζη, degit in monti-
bus, collum habens cœruleum, cætera fringillæ ſi-
milis, Rowert, Schneefingk, Winterfingk.

Florus, ἄνθος, equi uocem imitatur, colore pulcher, magnitudine par fringillæ, aquea loca amat.

Fulica, κέπφος, non eſt Kybitz, ſed marina auis, Kepff proferens, ſequitur gauias & ſpuma capitur, carnem bonam et odoratam habet. Wiſmeye.

Fullo, γνάφαλος, Seydenſchwantz, Wipſtertz, pulchra auis, colorum uarietate elegans, raro apparet & hyberno tempore ferè cernitur, ut uideatur eſſe ξενικος ὄρνις.

Garrulus, σπερμόλογος. Gaza græcam uocem expreſſurus frugilegam uertit, cũ ab Ariſtotele inter σκωληκόφαγα recenſeatur, & fructibus arborum ut glandibus plus quàm frugibus ueſcatur. Tot hæc auis uariata eſt coloribus, ut nullus ei deeſſe uideatur, dorſum tamen ad cœruleum tendit, alæ cœruleo & pluribus alijs uenuſtiſsimè coloratæ ſunt, uenter purpuraſcit & uelut ὑακινθίζει, ipſa μιμητικὴ natura reliquarum uoces effingit ac reddit, germanis Heber, Marcolfus, Holtzſchreyer.

Gauia, λάρος, genera Gauiarum duo. Albæ

gauiæ λάροι οἱ λευκοὶ Seegallen, albuken, circum uolitant in mari coniunctæ fulicis.

Gauiæ cinereæ, λάροι οἱ τὸ χρῶμα σποδοειδεῖς, Kybitz. Cinereo colore propemodum nigricant, inferiore uentre albent, criſtam capite gerunt, amnes & flumina petunt uictus cauſa.

Galgulus κολοιός, κόλεος & κέλεος, quidam à galgulo galbulam differre putant, ut galbula uel galbulus ſit ἴκτερος. Plinius ἴκτερον & galgulum eiuſdem eſſe auis nomina putat, nec Ariſtoteles icteri meminit, niſi χαραδριος ſit, quæ etiam ſolo obtutu ictericos ſanare exiſtimatur, quòd ſi cum charadrio ſeu Rupice Icterus eadem non eſt, à galgulo eam differre non opinor. Eſt autem auis tota ex uiridi lutea, turturis magnitudine, ξυλοκόπος. Quidam eam germanorum Emmerling, quidam Widwol eſſe putant, ego eam eſſe conijcio, quam uocamus Geelgorſt.

Galli gallinacei, ἀλεκτρυόνες, Haushan.

Capi, galli caſtrati, Kaphan.

Gallinæ, ἀλεκτορίδες, Hennen. Græci gallinas ὄρνιθας etiam generali nomine uocant.

κάλλαιον, galli gallinacei barba.

Λόφος, criſta galli, der Hanen Kamp: inſigne gallinaceorum ſerratum, quod nec caro eſt, nec cartilago, nec callus, uerum peculiare quippiam.

πληκτρόν

πληκτρόν, galli calcar.

Gallinæ Aphricanæ μελεαγρίδες, Kuerhennen. Oua edunt maculis & punctulis uariata, ut phaſiani.

Gallinæ Nouellæ, ἀλεκτορίδες ἢ ὄρνιθες αἱ νεοττίδες, Mertzhennen, quæ pariunt nonnunquam oua ὑπηνέμια & ζεφυρία dicta.

Matrices, Brůthennen, quæ incubando excludunt pullos.

Gallinæ ueteranæ, ἀλεκτορίδες αἱ πρεσβύτεραι ἢ παλαιαι, Kluckhennen.

Gallinago, ἀσκαλώπαξ, Schnepff, Holtzſchnepff, gallinæ magnitudine, oblongo & rotundo roſtro, colore attagenis, curſu celeri, φιλάνθρωπος est.

Perdices, πέρδικες et κάκκαβαι inde κακκαβίζειν, Feldhůnner, Rephůnner. Inſigniter ἀφροδισιαστικοὶ ſunt, & certo anni tempore inter ſe dimicant acerrime coturnicum more pro fœmellis. Humi nidos texunt ſuos, & mira calliditate pullos ex inſidiantium aucupum manibus eripiunt, quos cum accedere ſentiunt, pellunt pullos nido, ipſi uero donec fugerint & abſconderint ſe alibi expectant, poſtea ſubito cum ſtrepitu prorumpunt, & aucupes turbant atque eludunt. Ἄγριοι πέρδικες wilde Rephůnner, τιθασσοὶ πέρδικες, zame Rephůnner.

Attagen & Attagena, ἀτ]αγλω̃ uel ἀτταγᾶς, Birckhun. Paulo maior perdice, toto dorſo maculoſa & uaria, colore nigricans & ὑπεπυρίζων, id eſt, flammeo rubore rutilans, difficulter euolat & pondere corporis grauata, & alarum adminiculo, quas nimis breues habet, deſtituta, κονισικὸς, ἐπίγειος.

Phaſianus, φασίανος, Phaſan, à Phaſide amne Colchidis.

Tarda auis, ὦτις & λαγωδίας, Haſelhun, galli magnitudine, colore coturnicis, aliquantulum ad purpureum declinante, oblongo capite, roſtro acuto, gracili collo, lingua oſſea. Tardæ nomen à tardo uolatu adepta eſt. Auis μιμητικὴ, & imitans aucupes κολλητικῷ oculos ſibi oblinentes capitur, clauſis enim & glutinatis oculis excœcatur.

Tetrix, τέτριξ, quam Athenienſes οὔραγα uocant, Vrax, Vragen. Auerhan. Maior quouis gallo maximo, colore cæſio uel cœruleo, ſed ſubalbicante collo, utrinq; ab auribus demiſſa habens gallorum more τὰ κάλλαια.

Grues, γέρανοι, Kranich. Diſcedunt Autumno, ducem quem elegerunt ſequentes, & inter uolandum ordine ac ſerie λάμβδα græcum exprimunt, unde Martialis.

Tur=

Turbabis uerſus nec litera tota uolabit,
    Vnam perdideris ſi palamedis auem.

Vipiones, iunge Kranich.

Gryphes, Greyff. Inter hos & equos diſsidium naturale.

Graculi, κόλοιοι, Talhen, Dalen. Genera eorum tria.

Graculus qui nomine generis ſic dicitur, κορακίας græce, magnitudine cornicis, roſtro rotundo & rutilo. Plinio πυῤῥοκόραξ, Berckdale.

Monedula, à moneta cognominata, ſoli enim huic aui furacitas auri argentiq; ineſt. λύκον & βωμολόχον græci uocant, utrumq; nomen à rapacitate acquiſiuit, vnſere Dalen.

Tertium genus ἀνώνυμον Ariſtoteli, στεγανόπουν eſt, id eſt, palmipes, Plinius. φαλακροκόρακα, quaſi caluum coruum nominat.

Halcedo, ἀλκυὼν παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν Eysvogel. Halcedonum aliæ marinæ, aliæ fluuiales.

Marinæ raro apparent in littoribus, paulo maiores paſſere, colore cæruleo, uiridi & ſub purpureo mixtis, roſtro longo, tenui & luteo. Nidos in ſcopulis pilæ marinæ & ijs, quas à ſpuma maris græci ἁλοσάχνας uocant ſimiles conſtruunt brumæ tempore. Vnde halcyonij dies, quorum ſeptem antecedunt brumam, ſeptem conſequuntur, quieſcit enim mare ipſis incubantibus et excludentibus pullos.

Flu=

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0095-0

*Fluuiales marinis maiores ſunt, cœruleæ ma=gna ex parte, & earum aliæ ᾠδικοὶ ſunt, quæ arundinibus inſidentes canunt, aliæ ἄφωνοι, Eys=vogel.*

*Carulus, κήρυλος, halcedonum mas.*

*Harpa ἅρπη, huic inimica φώϊξ.*

*Hirundo, χελιδὼν. Schwalbe. Prima om=nium parit, & cœcos enititur, & quia primi fœtus frigore ferè pereunt, ſecundos diligenter magna ſolertia fouet & educat. Plura earum genera, nidos luto confingunt, ſtramento roborant.*

*Hirundines domeſticæ Nigræ ſunt, Hausſch=walben.*

*Hirundines Ruſticæ uel agreſtes imo uentre ad collum uſq; albicant, reliquo corpore nigræ, Kirchſchwalben.*

*Ripariæ ſeu falculæ, minimæ omnium, ripas excauant, atq; ita internidificant. Colorem ha=bent fuſcum ad cinereum uergentem. Vberſch=walben.*

*Apodes ἄποδες uel κύψελλοί, ὅτι νεοττεύου=σιν ἐν κιψέλλοις ἐκ πηλοῦ πεπλασμέναις, id eſt, quia in ciſtellis ex luto compactis ac confor=matis nidificant, uel χελίδονες θαλάττιαι, id eſt, hirundines marinæ, Reinſchwalben, Spirſchwal=ben. Perpetuo circumuolitant, nec conſidunt un=quam, nulla enim his quies, niſi in nidis, aut pen=*

dent

dent aut iacent, extra nidos ſemper μετέωροι ſunt, alas habent longas & latas, pedes piloſos, & adeo minutos, ut his carere putentur.

Iunco, σχοίνικλος uel σχοινίων, caudam mouet ut Cinclus.

Tryngas, uerſatur circa paludes & aquas, Rietmus.

Ligurinus uel ſpinus, ἀκανθὶς, duo horum genera. Minus quod non ualde diſsimile cardueli colorem ex albo nigroq; mixtum habet, nos etiam Diſtelfincken uocamus.

Maius fringillam duplo excedit, cætera fere ſimilis, Kirchfincken & Kernbeiſſer. Colore utrumq; genus ignobile, ſed ualet & commendatur amœnitate uocis.

Lingulaca, γλωττὶς, dux coturnicum cum ortygometra oto et cenchramo, ſic dicta ὅτι γλῶτταν ἐξαγομένην ἔχει μέχρι πόῤῥω, id eſt, quia linguam exerit prælongam. Non plus uno die cum agmine pergit, in primo hoſpitio pertæſa itineris & uolatus progredientes deſerit, Dorendreer.

Luſcinia Philomela, ἀηδὼν ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ἄδειν, quod ſine intermiſsione ferè cum cœpit canit, denominata eſt. Fœmina ut mas modulatur, quæ cum incubat, aut fouendis uacat pullis, ceſſat à cantu. Vterq; caret ſummæ linguæ acumine, con-

ditur

ditur uterq; ab autumno uſq; ad uernos dies, mutatq; colorem & ſpeciem. Nachtgall.

Luteus, χλωρεύς, Gronitz. Nota auis, citrino ferè tota colore inſignis, præterquam dorſi parte ſuprema, quæ obſcura uiredine tincta uidetur.

Luteola χλωρίς, ſic uocata, διὰ τὸ τὰ κάτω ἔχειν ὠχρά, id eſt, à partis ſuæ inferioris colore luteo, paulo minor alauda ea quæ criſta caret. Ex alo herba, quam συμφυτον græci uocant, ſtirpitus euulſa nidum parat, ſubſternitq; pilos & lanam. zeislein. Fœmella cinerea eſt & uaria, imo uentre pallida.

Lagopus crocea à coturnicibus magnitudine & colore differt, croceo tinctu, cibis gratiſſima, tota hyeme conſpicua. Emmerling, Goldammer. Eſt & altera candida, cui nomen leporini uilli dedere, columbæ magnitudine, ignota, apud Pliniū.

Miluus, ἰκτῖνος, Gweiher. Ex accipitrum genere, iiſdem, & magnitudine & pennis reſpondens, afficitur podagra circa ſolſtitium.

Merula κότ]υφος. Tria earum genera. Nigra Merula, ὁ μέλας κότ]υφος, roſtro rutilo, colore nigro & nitente, cœtera non diſſimilis turdo; Amſel.

Alba Merula, ἐκλευκὸς κότ]υφος, magnitudine & uoce priori par, ſed rara.

Fuſca,

Fuſca, ὁ βαιὸς κόττυφος, paulo cæteris minor, colore ex nigro in fuſcum uergente, Pirckamſell.

Nigra merula uocem mutat & colorem.

Mergus, αἴθυια, uictum ex aquis petit. Daucher. Varia, candida quibuſdam partibus, quibuſdam nigra, στεγανόπους, id eſt, palmipes.

Merops, μέροψ, hunc & Ἄεροπα ab aëreo colore cognominari exiſtimo. Pennæ eius ſuperiores partim cœruleæ, partim uirides ſunt, inferiores pallent, extremæ laterotenus & primores in pectore ad purpureum uergunt, rubris intercurſantibus maculis. Magnitudo ei turdi, roſtrum aduncum, adeo ut uelut προβοσκίδα habere uideatur. Krinitz, Zwinthals. Acerrimi morſus, roſtro enim caueas omnes, præter ferreas confringit. Ariſtoteles in hoc genere inquit, τοὺς γονῆας ἀντεκτρέφεσθαι ὑπὸ τῶν ἐγγόνων οὐ μόνον γηράσκοντας, ἀλλὰ καὶ εὐθύς.

Μελαγκόρυφος, atricapilla, Münchlin.

Motacilla, σεισοπύγις uel ἴυγξ, Bachſteltz, Waſſerſteltz. Fringilla paulo minor, colore uario, continuè caudam mouens.

Molliceps, μαλακοκρανεὺς, Harſchnepff, Neunmorder. Capite grandiuſculo molli & carthilagineo, unde & nomē acquiſiuit, paulo minor turdo, colore cinereo, ore firmo, paruo et rotūdo, pennis inualidis, ſed εὔπους.

No-

Nocturnæ aues, νυκτέριναι ὄρνιθες, quæ omnes γαμψώνυχες ſunt.

Bubo, βύας, Vho, Schuffaus.

Cicunia, νυκτικόραξ, Nachtrab, unguibus eſt aduncis, uenatione nocturna cibum parat.

Noctua, γλαῦξ, Nachteull. Hanc aues cæteræ petunt & circũuolitant. Ipſæ maiore multitudine circumdatæ reſupinæ pedibus repugnant, collectæq; in arctum, roſtro & aduncis unguibus teguntur, auxiliatur oppreßis accipiter, bellumq; partitur. Aucupes his minores alliciunt, & allectas capiunt aues.

Otus, ὦτος, Schleyereull, inde dicta ὅτι περὶ τὰ ὦτα πτερύγια ἔχει, aures enim plumeas eminentes habet, imitatrix aloqui & paraſitica & ſaltatrix, noctuæ ſimilis, ſed maior.

Aluco, ἔλεος, Maior gallo.

Vlula, αἰγώλιος, uenatur picas ut aluco.

Aſiones, σκῶπες, duo horum genera. Alij ſemper conſpiciuntur ἀείσκωπες Keutzlein. Alij autumno quandoq; uno atque altero die apparent, Steineulen. Illi ἄφωνοι ſunt, hi clamant ſub crepuſculum.

Veſpertilio, νυκτερὶς, Fledermaus, δερμόπτερος eſt, uolat enim cute membranea & nocte ineunte prodit, habet auriculas.

Olores, κύκνοι, στεγανόποδες ſunt et ᾠδικοί, canuntq;

canuntq; maximè morituri. Inde uerſus eſt Græcus. οὐ δ' ὤατη κύκνῳ κόρυδος παραπλήσιον ἄδειν. Sunt qui omnino cycnos canere negant. Ipſi ſe inter ſe deuorant, quod his ſolis & accipitrum generi proprium eſt, nulla enim alioqui unius ſpeciei animantia cognatas & congeneres carnes guſtant.

ὀρτυγομήτρα, Ortygometra, dux coturnicum, matrix, der Wachteln könig. Auis eſt turturis magnitudine, longis cruribus δυσθαλὴς ἢ δειλή.

Onocrotalus, Ariſtoteli ἐρῳδιὸς ἀστερίας. figura cycni, galli magnitudine, fuſcus, roſtro longo, quo in aquas uel terram infixo, ciet ſonitum qualem aſini edunt, unde Roſdam & Rordummel à Germanis uocatur. faucibus eius ineſt uelut alter uterus capax & amplus, in quem inexplebili auiditate, quæ uorat congerit & præcoquit, poſt eadem ruminans in uerum tranſmittit uentrem. Nominantur etiam Pittouer, & Pickart.

Parus, ὁ αἰγίθαλος, auicula fœcunda καὶ πολύτεκνος, Mays, Genera Parorum plura.

Etſi tria tantum Ariſtoteles refert.

Fringillago σπιζίτης, maxima omnium fringillæ æqualis, pulchra, inferius ex luteo uireſcẽs, in uertice nigricans, ſpigelmays, kolmays.

Parus montana, ὄρεινος αἰγίθαλος, διὰ τὸ διατρίβειν ἐν τοῖς ὄρεσιν, Blawmays, Meelmays.

Parus ἀνώνυμος, minima quidem omnium, ſed longißimam habet caudam, zagelmays, pfanneſtiglitz.

Parus criſtata, Montanæ par magnitudine, heiden mays, heybel mays.

Pauo ταώς ἄῤῥην καὶ θήλεια Pfaw, Mas ut Ariſtoteles refert, pennas amittit cum primis arborum frondibus, recipit cum germine earundem, & oua frequenter dum fœmina incubat, aduolans frangit, ideo gallinis incubanda non raro ſubijciuntur. Nomen habet ἀπό τῆς τάσεως τῶν πτερῶν. Gemmantes enim expandit colores pennarum aduerſo ſole, laudatus maxime, collo toto ſaphyri gemmæ color ineſt, extreme pennæ Chryſoberylli, Auri & Saphyri coloribus diſtinctæ ſunt.

Picus Martius, δρυοκολάπτης, Specht. Tũdit & excauat arbores uermium & culicum cauſa, egreſſos lingua arripit, quam latiuſculam & maiuſculam habet, perreptat arbores, humi raro conſiſtit, ſcanditq; in ſubrectum, felium modo, quandoq; & ſupinus ſtellionum more ingreditur. Plura eorum genera.

Maximus paulo minor gallina, niger, capite ruffo, Schwartzer ſpecht.

Medius

Medius capite ruffo, croceo pectore, collo dorſoq; uiridi, alis cœruleis, proprie picus martius latinorum, merula maior, grünſpecht.

Minimus qui pipo dicitur, corpore merula inferior, uarius, ex nigro alboq; commixtas pennas habens, bunter ſpecht, elſter ſpecht à colore. Eſt et quartus hoc tertio minor, grasſpecht.

Pica, κίττα. Duo earum genera, Vrbanum, Elſter, Aglaſter, cæcos parit, garrulum eſt, uocem ſubinde mutat, & quouis anno cum rapæ ſeruntur caluesſcit. Syluestre, toto corpore uarium, pennis candidis cinereis cœruleiſq; mixtis, alis uerò nigrum. Heyden Elſter, Krigelſter. Varias olim appellatas Plinius autor eſt.

Porphyrio πορφυρίων. ſolus morſu bibit & loco τοῦ προλόβου, longum habet collum ut Phaſianus. Eſt autem πρόλοβος, in auibus quibuſdam uelut anterior gula, in quam deglutiunt & congerunt cibos, indeq; uelut ruminando in uentriculum transferunt, der kropff. Ipſa auis ex genere eſt σχιζοπόδων, magnitudine galli, colore cœruleo, roſtro rutilo, pedibus altis & oblongis, in delitijs olim habita.

Pardali οἱ πάρδαλοι, gregatim uolant, ſolitarij raro conſpiciuntur, colore cinereo, magnitudine propemodum mollicipitis, uoce larga, non graui. Puluier, pulros.

Paſſer, στρουθὸς, Sperck, Hauſſperlingk. Auicula ſalax, unde mas in eo genere non diutius anno durare creditur.

Paſſer Troglodytes, Bawmſperlingk, Mosſperlingk. Nidificat in arborum cauitatibus, ſupernè fuſcus, ſed uarius, & transuerſis albis lineis diſtinctus, infernè cœſius, uertice purpureo, ſub collo nigris candidiſq; maculis eleganter uariatus.

Paſſer aquaticus in harundinetis nidificat, domeſtico cætera ſimilis, niſi quòd collum albus cingit torques, Rhorſperling.

Paſſer magnus, στρουθὸς μέγας, ſolitarius eſt, paulo minor merula, Gerſthammer.

Plateæ, πελεκανες. Anſeribus ſimiles, ſed roſtro latiore & longiore, uictum petunt ex aquis. Mergos præda potitos inſequuntur, correptos mordicus retinent, donec capturam extorqueant. Conchis ſe marinis implent, & paulo poſt, ubi calore uentris coxerunt reuomunt eliciuntq; eſculenta, teſtas ſecernunt, Lôffelgens.

Pſyttacus, ἡ ψυττάκη, Syttich. ἀνθρωπόγλωττος etiam, quòd humanas imitatur et exprimere conſueſcit uoces cognominata. Viredo in toto corpore eius lutea, ſolum collum miniato diſtinctū eſt torque, capiti eadem durities quæ roſtro.

Phalaris, φαλαρὶς, aquatica auis, anatum

ſylue-

ſylueſtrium fœmellarum colore, qui ἔντεφρ𝈹 eſt, roſtro anguſto & oblongo, rotundo capite, Muttvogel, Reck.

Rubicilla, πυῤῥούλας, Buchfingk, Quecker, Blutfingk. ſuperne toto dorſo & uertice inſigniter uario, ſub collo anteriore parte & utrinq; ad alarum initium igneo rubore & ſuppallido nitet, inferne alba.

Rubecula, ἐρίθακος, Rotkröpfflin, Rotkelchyn, auicula nota.

Ruticilla, φοινίκουρος ἀπὸ τ̃ φοινικε͂ς οὐρᾶς, id eſt, à rubente cauda, Rotſtertz, differt à ficedula quæ cinereo tota & obſcuro colore conſtat.

Rubetra βάτις, ziepdruſchel. Minima turdorum, figura alioqui & colore iliaco turdo ſimilis, circa rubos uiuit & uerſatur, delectatur enim fructibus eorum & ſambuci baccis.

Rupex, χαράδριος, à præruptis torrentium alueis nomen inuenit, colit enim loca confragoſa, prærupta & cauernoſa, praua colore & uoce, diem fugit, nocte prodit.

Salus, αἰγίοτ𝈹, zötſcherlein, colore cinereo, magnitudine luteolæ, uertice minato, aduerſatur floro.

Sitta, σίτ]η uel σίπτη, Nußhacker, Nußhaer, pugnax ſed concinna, elegans, fœcunda, callida, & πολυΐδρις. Nomen ei Germani indi-

 derunt,

derunt, quòd ex contuſa macerie uictum quærit.

Sturni, ψάροι, Staer. Nigri ſunt, maculoſi, magnitudine merulæ, cateruatim uolitant, omneſq; uelut in orbem pilæ circumaguntur, & in mediū omnes tendunt agmen, capiuntur dum à uolatu cum impetu procumbunt.

Struthiocameli, στρουθιοκάμηλοι. nomen hoc ueteribus inſolens qui μεγάλους στρούθους uocarunt, altitudine equitem excedunt inſidentem equo, & eundem celeritate uincunt, currentem. n. pennæ adiuuant, non à terra attolluntur, mira eis natura ineſt concoquendi ſine delectu deglutita. Vngulas biſulcas habent ceruinis ſimiles, alias στροῦθοι λυβικοὶ, Germanice Straus.

Tetraones, τέτρακες, Trappen. Vultures magnitudine uel æquant uel ſuperant, colorē habent album, tendentem ad cinereum, alas nigricantes.

Tinnunculi, κεγχρίδες. Ex genere ſunt γαμψονύχων, id eſt, aduncarum auium, Steingallen, Steinſchmatzen. Defendunt columbas contra accipitres, quos terrent naturali potentia, in tantum ut hi uiſum uocemq; eorum fugiant, oua pariunt minij modo rubra.

Tyrannus, τύραννος. Auium omnium minutiſſima, paulo locuſta maior, criſtam gerit rutilam. Color corporis ex citrino rubeſcit ſuperne, inferne cæſius eſt, ὄρνεον εὔχαρι καὶ εὔρυθμον, ein Goldhenlin.

Tro-

Trochilus, τρόχιλος, ὀικεῖ τρώγλας ἢ λόχμας, auis parua cinerea, zaunkönig, ſchneekönig. Vocatur & πρεσβύς, id eſt, ſenator & βασιλεὺς, id eſt, Regulus.

Tryngas, τρύγγας, wasſerhenne. Nigra tota, χιζόπους, candido uertice ad roſtrum uſq; demiſſo, pedibus altis & nigris, caudam continuo mouet, & loca incolit aquoſa.

Turdus κίχλη. Turdorum tria genera ἰξιβόρος & ἰξιφάγος. Viſciuorus, magnitudine picæ, uiſco et reſina ueſcitur, Krammetvogel, zimmer.

τρίχας, id eſt, Pilaris turdus, amplitudine merulæ, uocem edit acutam cum obſcura quadam fuſcedine, uarius & maculoſus, Sangdruſchel.

ἰλιάς, iliacus turdus. Minor pilari turdo, cinereus ad fuſcedinem uergens, ſed minus uarius, weindruſchel, weingartvogel.

Velia, ἐλέα, Auis parua, colore pulchro, inferne croceo, ualens uoce, æſtate umbroſa, hyeme aprica loca petit, zigelhempfling. Velia cinerea Heidenhempfling.

Vireo χλωριών, widwol. Tyrolt, Byrolt, luteus totus, magnitudine turturis, procedit circa ſolſtitium æſtiuum, ex oriente Arcturo diſcedit, & tota non conſpicitur hyeme. Ariſtoteles

inquit de eo, quòd ſit μαθὼν ἀγαθὸς καὶ βιομήχανος.

Vpupa, ἔποψ, Witthopff. Criſtam gerit plicatilem, quam contrahit erigitq; ſecundum capitis longitudinem, nidum ex humanis fingit ſtercoribus, figuram æſtate mutat & hyeme.

Vrinatrix κολυμβρὶς & κολυμβίς. Minima mergorum & reliquarum ex aquis uictum petentium, ῥυπαρομέλαινα tota, præterquam in uentre, ubi albet. Mergens ſeſe et conſpectos piſces proſequens, diu ſub aquis huc illuc fertur, priuſquam reuertitur, unde & nomen inuenit, Germanice Schwartzteucherlin & Waſſeramſell.

Vultur, γύψ, Geyer. Ariſtoteles duo genera recenſet. Vnum albicans minus, ex quo genere ſunt qui uocantur, Fiſchgeyer.

Alterum Maius, & σποδοειδέστερον, ut Haſengeyer & Oſgeyer. Sagaciſsimè hi odorantur, & biduo triduoue ante circumuolitant loca, in quibus cadauera futura ſunt.

# PISCES GRANDIORES NATANTES IN FLVVIIS GERMANIÆ, ET NOBIS NOTI.

SAL-

SAlmo & Eſox unius piſcis nomina ſunt, quem Rhenani & Galli adpellant ein Salmen, Saxonicæ gentes ein Lachs. Et nomen Salmonis ueteris linguæ gallicæ proprium fuiſſe exiſtimo. Grandis piſcis eſt, & recens carnem habet rubeſcentem, uelut roſeo colore. Ideo Auſonius uenuſtiſsime dixit.

Nec te puniceo rutilantem uiſcere Salmo,
Tranſierim, latæ cuius uaga uerbera caudæ,
Gurgite de medio ſummas referuntur in undas.

Quod eò fortaſſe dicit, quia Salmonis præcipua eſt agilitas in ſaltando.

Amia, Swels, non multum diſsimilis Thynnis et Orcyno.

Mario, Hauſen, porco marino ſimilis, Danubij proprius, ut & Plinius narrat. Fortaſsis Græcis σκίαινα.

Silurus, Sturio, Stůr, ut Iouius exiſtimat, cui adſentior, etiamſi alijs quibuſdam aliter uidetur. Idem piſcis γλανὶς & σείλουρος dicitur, quod eſt à σείω & οὖρα, id eſt, à mouenda cauda, Quia uerum eſt, Sturiones magna ui caudis impellere moles non paruas, & ſæpe ligna impetu caudæ quaſi diſſecare.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0109-7

# PISCES MEDIOCRI MAGNITVDINE, NOBIS NOTI.

ANGVILLA, ἔγχελυς, Ael, ab ἄγχω & ἴλυς, quod eſt aqua limoſa uel cœnoſa. Nam in tali aqua & ſtrangulantur et capiuntur anguillæ. Albertus inquit, in Danubio non eſſe anguillas.

Congrus γόγγρος Meeraell, et γγύλλος. Muræna ei caudam præcidit.

Lucius Hecht. Etſi autem aliqui diſputant, diſcrimen eſſe inter noſtrum Lucium & Lupum, tamen deſcriptio oſtendit cognationem eſſe. Sit igitur Lupus & λάβραξ, ein Hecht. Atheneus inquit, λαβράκες ἔχουσι γλῶσσαν ὀστώδη καὶ εἰσι σαρκόφαγοι εὔχυλοι τε οὐ πολυτρόφοι. Habet enim & noſter Lucius oſſa in lingua.

Aurata, χρυσώφρυς, Forellen. Atheneus inquit, omnium piſcium ſuauiſsimos eſſe guſtui, καὶ τροφιμωτάτους. Eſt autem nomen Forellen à latina appellatione uariolus. Et aliqui adpellatione moti, lupum uarium nominant Forellen.

Cyprinus, Carpio, ein Karp.

Coracinus, κορακίνος, ein Rab, ſquamoſus & latus.

Percæ, πέρκαι, Parſen. Toto corpore ſquamo ſæ, &

ſæ, & interſperſas candori rubras maculas ha=
bentes, & in dorſo ſpinoſos aculeos.

Melanuri, μελάνουροι, Kulparſen, nigris ma=
culis diſtincti à Percis, & ut Atheneus inquit,
habent caudam multis nigris lineis diſtinctam,
εὔχυλοι ſunt & antecellunt Percis. Aiunt au=
tem Melanuros ductores eſſe Percarum, Vnde
prouerbium eſt, quod extat apud Atheneum, ἕπε
ται πέρκη μελάνουρω, Comitatur Perca Melanu=
rum. Significat fortaßis familiaritatem talem,
in qua minor ductor eſt maioris.

Murenas, etſi Albertus diſtinguit ſpecies, &
alias grandes ac marinas nominat, alias paruas
noſtrates, die Lampreten, tamen nos ſecuti iudi=
cia eruditorum, non interpretamur Lampreten,
Sed Murenæ nomen marinis illis relinquimus,
quæ corpora habent anguillarum ſimilia, ſed
grandiora, & nigris & luteis maculis conſperſa,
& cum delphinis pugnant, & ex genere ſunt eo=
rum piſcium, qui aſperis & acutis dentibus ar=
mati ſunt, & ſunt carniuori.

Eſt autem alius piſcis Lampreta lubricus, co=
lore cœruleo, ſubnigro, ſeptem paruis fiſtulis mi=
rabili ordine diſtinctis acceptam aquam remit=
tens, cuius nomen eſt ἀστερίας, latine Muſtela ſtel
laris. Et γαλεὸς, Muſtela, nomen eſt generis, quod
plures ſpecies continet.

Λεῖος

Λεῖος γαλεὸς, *leuis* Muſtela, Neunaugen.

Γαλεος πόικιλος Beiſger. *Muſtela uaria.*

Mullus Barben, *græce* τρίγλη, *quia ter in anno parit, & Atheneus inquit* Ariſtotelem dicere, τὴν τρίγλην τρὶς τίκτειν τοῦ ἔτους.

*Alij alias* Etymologias tradunt. Etiam nomen μύλλος *Græcis notum fuit.*

Orphus, ὄρφος, Orſen, *& apud nos ut exiſtimo*, Zwürffling.

Aloſa, leſen, θρῖσσα, Romanis Laccia, *habet lucentes ſquamas argenteo fulgore, eſt ex eorum numero, qui apud nos aſſati gratiores ſunt.* Claudianus: *Stridenteſq; focis obſonia plebis aloſas.*

*Erythrini ex miluorum genere*, Rotfeder, Plötzen, *rubris pinnis*, mit ſchönen roten federlin.

Praſem, *nunc uocant praſinum, ſed uetus neſcio.* Fortaſſe *is quem* Ballerum *uocant.*

*Alburni* λευκίσκοι Zweisfiſch, Hesling, *ſquamis argenteis.* Fortaßis *ad hanc ſpeciem Sargi pertinent, quorum uetus nomen adhuc* Romæ *in uſu eſt.*

Lacertus, σαῦρος, Olrupen, *non habet ſquamas.* Quærendum, *an ſit* σκόμβρος, *qui etiam lacertus eſt ſulphureo colore, exilis & longus.*

Gobio κώβιος, Coben, Quappen, *ſed quærendum,*

rendum, an Coben differant à Quappen.

Salpa σαλπη, Stockfiſch. Sed uerius è genere eſt aſellorum marinorum noſter Stockfiſch, à quibus Salpa prorſus differt. Vocantur & Bergerfiſch. Rotſcheren.

ξιφίας, Gladius, Suertfiſch, in Dania notiſsimus piſcis longum roſtrum habens, ſimile roſtro Ciconiæ, ſeu gladiolo, Cætera non multum diſsimilis Lucio.

Acus, βελονὴ, βελεννος, βαίωρ & ῥαφίς, piſcis oblongo roſtro, carne pingui, molli & delicata, Stuerlein. Abundat hoc piſce Tybyſcus ſeu Tiſſa, fluuius in Vngaria, die Teyſſ. Epicharmus ὀξυρίγχους ῥαφίδας uocat.

Paſſer Plateiſſen, ſine dubio græce ψῆττα, ex planorum genere. Sed nomen ψῆττα generale eſt ad Rhombum, Paſſerem & Soleam ſeu Lingulacam. Ac inter hos excellit Rhombus, piſcis latus, & tamen rotundior, ouali figura.

Solea Schollen, ῥίνη, ex planorum genere.

Raia βάτις Rochen, ex planorum genere. Scabrum habet tegumentum, quo ad poliendum ebur artifices utuntur, Cognata paſtinacæ.

Halec Hering, μαινίς & σμαρίς Hering vnd Bücking, quia Bücking eſt Halec torrefacta. Et fortaſsis nomen Bücking, eſt à Græco βόακες.

φαγρός

Φαγρος, Æſchen, Nam & inter eos numerantur, qui ſimiles ſunt Labraci.

Σκάρος, Romæ Saphyrum uocant, à colore cœruleo, mixtis aureis maculis, pulcher piſcis, & notus in Gallia.

Σκόρπιος, Sleihen, ſine ſquamis.

Κίθαρος, à grandi capite Romanis Capo nominatur. Mullo cognatus eſt, quem colore & figura refert. Et habet ſub mento longas & rubentes pennas, barbam imitantes.

Tinca Stinks, ſunt uirides. Auſonius.

Quis noti & uirides uulgi ſolacia Tincas
Norit.

Fortaßis φυκίδες.

Cancer Krebs. Græcæ appellationes cancrorum plures ſunt, quæ diuerſas figuras ſignificant, καρκινος, καραβος, ἄσακοι, & aliæ. Item ἀκρίδες Locuſtæ. Nequaquam enim dubium eſt, cancrorum ſpeciem eſſe Græco nomine ἀκρίδας, latine locuſtas, ut & ex Suetonio manifeſtum eſt. Et in Hiſpania adhuc nomen locuſta de cancris in uſu eſt. Et cum Ariſtoteles ait, locuſtas certare cum ſerpentibus, ac præhendere chelis tanquam forcipe colla ſerpentum, locuſtas intelligit cancros.

Minimi.

Turdi κίχλαι Smerlin.

Βδέλλαι

Βδέλλαι Elritzen, Pfellen, quod nomen græco adfine Tubingæ uſitatum eſt.

κώβιτζ, kauelheuptlein. Boni Saporis ſunt & in riuulis degunt frigidis.

Merula κόττυφος Creſſen.

Aſelli ὀνίσκοι. Maiores aſelli, græce βάγχοι zanten. Minores, Callariæ, ſengelin. Sed marinorum Aſellorum multa ſunt genera. Accommodauimus autem marinorum piſcium nomina fluuiatilibus propter cognationem piſcium ac ſimilitudinem, & quod cum recte id fieri poſſet, iudicio adhibito eruditis quam barbaris uti appellationibus maluimus.

## DISTRIBVTIO AQVATILIVM.

Aquatilium alia tantum degunt in aquis, alia ἀμφίβια ſunt. Illorum quædam ἔναιμα ſunt, id eſt, ſanguinea, quædam ἄναιμα, id eſt, ex anguia. ἔναιμα ſunt ut piſces ἰχθύες Græcis dicti. Horum ſunt alij θαλάττιοι, id eſt, marini, qui mare nunquam egrediuntur. Meerfiſch. Alij ποτάμιοι, qui flumina riuuloſq; incolunt procul à mari. Flusfiſch. Alij λιμναῖοι, id eſt, lacuſtres, qui in lacubus degunt natura uel arte factis, ſtagniſue aut marinis aut fluminum decurſu

perfluxuq;

perfluxuq; impletis, aut remotis à mari & fluminibus. Seefiſch. Teichfiſch. Alij πελμαλιαῖοι, id eſt, paluſtres, qui loca cœnoſa ac ſordida, & paludes exundatione fluminum, alluuione, aut torrentium impetu cauatas impletasq; amant. Marinorum piſcium aliqui πελάγιοι ſunt, qui in profundo maris ſummi procul à littoribus uerſantur. Aliqui αἰγιαλώδεις, id eſt, littorales, qui littora terræq; propinquas ſedes petũt captãtq; & poßident, in mare ſummum raro excurrunt. Aliqui πετραῖοι qui ad ſaxa rupeſq; & ſcopulos uel in mari ſummo extantes, uel imminentes littoribus degunt. Saxatiles.

τῶν πελαγίων alij ſunt Cetacei. κητώδεις. qui & grandes ſunt & perfectum animal ex ſemine non ex ouo gignunt. Sunt.n. κητώδη πάντα ζωοτόκα, ut Balæna. Delphin. φυσήτηρ. Alij non ſunt Cetacei. Et horum rurſus alij ſunt corpulenti & Craßi, Alij Plani. Ex corpulentorum & craſſorum genere aliqui ſunt lati ſquamoſi, λεπίδωτοι, ut Auratæ, coracini, Aloſæ, Aſelli, Mugiles. Aliqui Rotundi rubeſcentes. Et horum quidam ſquamis teguntur, ut mulli corui, quidam ſquamis carent. Planorum quos πλατεῖς Ariſtoteles & ψηττοειδεῖς uocat, id eſt, latos & paſſerinos, Alij ſunt ſpinoſi. ἀκαν-

θώδεις

θώδεις, ut Rhombi, Soleæ, Paſſeres. Alij Carthilaginei, quæ genera χονδράκανθα, σελάχη & σελαχώδη uocantur, quorum alij plani ſunt, ut Raia. Rana piſcatrix, Torpedo. Alij Longi. Longorum unum genus Ariſtoteles γαλεοὺς & γαλεώδεις uocat, quo muſtelarum genera complectitur. Alterum priore rotundius & ſerpentibus ſimilius ſeuum habet & pinguedinem, quib. caret prius genus. Ex hoc genere ſunt Murenæ, Lampetræ, Congri, Accipenſer.

Alterum aquatilium genus, quod ἄναιμον Ariſtoteli eſt, complectitur quinq; genera, quorum primum habet μαλάκια καὶ μαλακόδερμα, id eſt, mollia. Alterum μαλακόστρακα ἢ σκληρόδερμα, id eſt, Cruſtis intecta & Cruſtata. Tertium ὀστρακόδερμα ἢ ὄστρεα, id eſt, dura & ſilicea teſta intecta. Quartum ἔντομα, id eſt, inſecta. Quintum ζωόφυτα.

E mollium genere ſunt Sepiæ & Lolligines, quas una uoce uocant Blackfiſch Germani ab humore atramento ſimili, quem habent loco ſanguinis. Item Polypi.

E Cruſtaceorum genere ſunt καραβοι, locuſtæ. Ἄστακοι, Aſtaci. καρίδες, Squillæ. Et Cancrorū genera plurima, ut μαῖαι, πάγουροι, ἡρακλεώτικοι, ἄρκτοι, Cancer. πιννοφύλαξ, Cancer ἀράχ

νης. Cancer fluuialis, κάρκινος ποτάμιος. Germani uocant Meerkrebs, Seekrebs, Bachkrebs.

ὀστρακόδερμα & ὄστρεα uaria ſunt. Germani Schnecken, & teſtas Muſchel & Schneckenheuſer uocant. Quædam altera parte teſtam habent, altera teſtæ loco ſcopulo adhærent, ut patellæ. λεπάδες. Quædam intra teſtam condita latent ſolo capite exerto, aut extremis utrinq;. Horum quædam ſunt turbinata, στρομβώδη, quæ proprie germani uocant Schnecken, quædam non ſunt turbinata.

Turbinatorum teſtæ helicum ductu implexuque orbiculatim intortæ ſunt mirabili artificio, ſuntq; alia marina, alia terreſtria. Inter marina genera recenſentur. πορφυραὶ & πορφυρια, Purpuræ. κήρικες, buccina. ἀποῤῥοαΐδες, murices. Horũ ſanguine antiquitus purpura tingebatur. Germani uocant purpur Muſchel. Operculum horum oblongum, quo teguntur, κοχύλιον à Græcis, ab Arabibus blatta byzantia uocatur. Purpurarum enim in Helleſponto & Propontide ad Seſtum Abidum et Byzantium captarum præcipua fuit nobilitas. Item cochleæ, inter quas ſunt Cochleæ margaritiferæ. Perlenmutter.

Oſtrea non turbinata aut μονόθυρα ſunt aut δίθυρα, id eſt, uniualues aut biualues habent

teſtas,

teſtas. δίθυρα ſunt ut Tellines, Chamæ, quarum copia eſt in Oceano Germanico ad Hollandiam. κτένες, Pectines & pectunculi, quos Germani proprie Muſchel uocant. Conchæ proprie ſic dictæ, quo nomine oſtrea duabus duris & concauis incluſa teſtis indicantur, quarum aliæ aſperæ, aliæ leues ſunt, utræq; multiplici diſcrimine, & oſtrea ſpeciatim ſic nominata. Item quos μύας, id eſt, muſculos, & μύακας, id eſt, mytulos, & σωλῆνες, αὐλοὺς, δόνακας, ὄνυχας, δακτύλους uocant, uocabulis diuerſis uni rei accommodatis, quod ſyphonum rotundorum ſed nonnihil compreſſorum figuram unguium humanorum ſpecie, tanquam de coagmentatis eſſent compoſitæ teſtæ unguibus repreſentant.

ζωόφυτα plantis & animantibus cognatam habent naturam. Nam & ſentiunt & plantarum more nutriri uidentur. Annumerat his Ariſtoteles Echinos marinos. Meerigell. ὁλοθούρια, Vertibula. τήθυα, Callos & tubera. ἀκαλύφας, Vrticas, Ἀστέρας, Stellas. σπογγιὰς & σπόγγους, ſpongias, Schwemme, & alia.

Humorem ſepiarum Græci θόλον uocant. Germani black.

Ἔντομα ſeu inſecta ſunt, ut Scolopendræ marinæ, hippocampus, hirudines.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0119-3

# APPELLATIONES PARTIVM, QVÆ PISCIVM PROPRIÆ SVNT.

PInnæ. πτέρυγες. Alis auium proportione reſpondent in dorſo, uentre, ad latera, podicem, & caudæ extremum. His enim & remigant, & incitant ac propellunt ſeſe. Differunt multipliciter magnitudine, ſubſtantia, figura, colore, numero, exceſſu defectuq;. die federn am fiſch. Pinnæ aculeatæ, πτέρυγες ἀκανθώδεις. Stachlichte federn.

Squamæ. λεπίδες. Piſcibus Squamoſis præſtant, quod auibus pennæ. Schuppen.

Palatum carnoſum piſcibus eſt uice linguæ. die zung.

Branchiæ. βράγχια. ſunt uelut pili denſæ confertimq; ad oſſeam baſin, cui figura hemicyclij diſpoſiti, & præfixi cordi, ut aqua ſpirituq; qui aquæ permixtus eſt acceptis redditiſq; cor ipſis incluſum refrigerent. Balenæ his & Delphini carent, quod fiſtula ad pulmones pertingente ſpirant. Fiſtulam illam Ariſtoteles nominat αὐλὸν φλεβονευρώδη. Branchias germano

rum

rum aliqui uocant die fiſchohren, aliqui den kampff: Saxones den Geckel.

Spinæ. ἄκανθαι. Gretten in den fiſchen. Carnem fulciunt & continent. Ideo oßibus terreſtrium animantium proportione reſpondent. Carent his beluæ marinæ & carthilaginei piſces. Hi ſpinarum loco carthilaginem, Illæ oſſa habent.

Chelæ. χῆλαι. Brachia Cancrorum denticulatis forcipibus, quarum inferior mobilis ſuperiore immota. die Krebsſcheren. Reliquas partes piſces cum ammantibus cæteris comunes habent.

Piſcium alij generant, alij non. Qui generant aut animal edunt uocanturq; ζωότοκοι, aut oua & nominantur ᾠοτόκοι. ᾠὰ ἰχθύων, id eſt, oua piſcium uocantur germanice der Rögen. In genere ᾠοτόκων qui oua habent piſces fœmellæ ſunt, qui ſemen candidum lacteſcens, ſed craſſum compactumq; mares. Semen hoc Ariſtoteles θόρον nominat. Germanice uocamus die milch.

## APPELLATIONES PARTIVM IN PLANTIS.

PLanta φυτὸν Gewechs.

Plantarum ſpecies.

Arbor, δένδρον, eſt quod à radice, caudice ſimplici, ramoſum nodoſum & ſurculoſum aſſurgit, baum.

Frutex, θάμνος, ſtauden, quod à radice caudice multiplici ramoſumq; ſe attolit, θαμνίσκος ſteudlein.

Suffrutex, φρύγανον, herba eſt uel arboreſcens uel fruticeſcens pluribus lignoſiſq; ſurculis, ex radice uel ſimplici caudice prodeuntibus, minutis folijs, cætera herbæ ſimilis.

Herba, πόα, βοτάνη, kraut, quod ſine caudice à radice foliatum prouenit, ſemenq; caule fert. ποάριον, βοτάνιον diminutiua.

Plantarum partes.

Plantarum partes ut animantium, aliæ ſunt ὁμοιομερῆς, id eſt, ſimilares, aliæ ἀνομοιομερῆς id eſt, diſsimilares.

Similares diſtinguuntur in ſiccas & liquidas, ſiccæ ſunt hæ.

Nerui, ἶνες, Adern in Bewmen vnd kreutern, oblongi ſunt, continui, fiſsiles, inſociabiles, infœcundi.

Venæ, φλέβες, cætera neruis ſimiles ſunt, ſed maiores craſsioreſq;, & ramos, & humorem habent.

Caro, σάρξ, diuidi omnibus dimenſionibus poteſt,

teſt, ut terra, quæq; terra conſtant, eſtq; inter neruos & uenas media.

Liquidas partes Theophraſtus ὑγρά uocat. Species earum ſunt ὀποὶ, χύλοι, & δάκρυα.

ὀποὶ. ſunt liquores craßi & lenti, qui uel ex inciſa radice, uel caulo ſecto, terebrato aut caſtrato effluunt ſponte.

Liquor qui ex radice emanat, ὀπὸς ῥιζίας, alter ὀπὸς καυλιάς dicitur, der Safft / der von ſich ſelber heraus dringet.

χύλοι, ſucci ſunt, qui colliguntur ex plantis totis, aut earum partibus conciſis, tuſis, et torculari, manu, uel aliter expreßis, aqua interdum uino, alioue liquore aſperſo. Ausgedruckte ſafft. horum alij ſunt οἰνώδεις uinei, alij μελιτώδεις mellei, alij ἐλαιώδεις oleaginei, alij δριμεῖς acres, alij πίκροι amari, alij ὀξεῖς acidi, alij ὑδαρεῖς aquei.

Δάκρυα, lacrymæ, humores ſunt qui ex plantis nec inciſis, nec contuſis compreßiſue, ſua ſponte exudant ac deſtillant, uel ſolis calore educti, uel copia expreßi, uel ab ipſis arboribus aliqua occaſione dehiſcentibus expulſi, Suntq; uel ὑδαρεῖς, id eſt, aqueæ quæ in κόμμι, id eſt, gummi concreſcunt, uel πιττώδεις, id eſt, piceæ quæ in ῥητίνην, id eſt, reſinam coëunt, hartz. At reſinarum differentiæ multæ.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0123-1

Diſsimularium partium aliæ longo perdurant tempore cum ipſis arboribus, uocanturq; χρόνιαι, aliæ ἐπέτειαι, annuatim renaſcuntur. Defluunt ac pereunt in aliquibus plantis omnes, in quibuſdam uerò quædam etiam permanent, & perennes ſunt.

Ἐπέτειαι, ſunt folia, pediculi, flores, fructus, ſemina.

Folia, φύλλα, φυλλάρια, Bletter, conſtant humore & carne.

Folia uitium, οἴναρα Rebenbletter, pampini latine, item βλαστήματα.

Folia ficuum, θρία, Feigenbletter, unde triumphus à θρῖα & ἀμβεύω.

Folia aut integra ſunt, aut inciſa, uel in extremis oris quæ crenata, uel in ambitu quæ ſerrata à ſimilitudine dentium ſerræ dicuntur. Sunt & alia laciniata, alia fimbriata.

Pediculi, petioli, μίσχοι, quibus ex ramulis folia fructus aut flores dependunt, Stilchyn an bletten, frůchten vnd blůten.

Flores ἄνθη & ἀνθήματα, germani diſtinguunt flores arborum et herbarum peculiaribus uocibus. Illos blůt, hos blumen, nuncupant.

Iulus, ἴουλος, flos auellanæ compactili callo racematim cohærens uelut prælongus uermis, Haſelſtaudenblůt.

κύτταρος

κύτταρος, græcis duo ſignificat, uel quod oblonga & rotunda ſpecie tumidum, ex picearum & roborum ramis dependet, latine palmicula, uel quod ex ramis nucum, roborum, picearum, ſquamatim compactili callo prominet, latine Nucamentum, welſche nůs blůt.

Iuba uel pannicula, lanoſa denſa & caudæ modo propendens coma, in milio, panico, arundine, ἀνθήλη.

Coma, κόμη, quidquid crinium modo ſumma ramorum uel colliculorum exornat.

Vmbella, Muſcarium, σκιάδιον, der Dolder, flores ſunt in ſummo colliculo confertim in orbem diſpoſiti, ſuisq; innixi pediculis.

Corymbus, κορύμβος, κορυμβία, κορύμβιον, proprie ſignificat hæderarum uuas, quas acini uelut in orbem conglobati rotunda ſpecie conformant. Transfertur deinde ad flores & fructus aliarum plantarum, hæderarum uuis figura ſimiles.

Calyx, folliculus eſt, quo flos primum, mox ſeminis fœtus continetur & clauditur.

Stamina, filamenta ex imo floris ſinu prodeuntia, quæ florem ſuſtinent.

Apices ſunt ſtaminum extrema, ſeu proprie flores. In roſis enim, lilijs, uiolis, & alijs quibuſdam florem proprie uocamus, medium

illud croceum, quod ſtaminibus inſidet.

Muſcus, ἄνθος βρυῶδες, uilloſa floſculorum congeries, ut in liguſtro.

Verticillum, σπονδύλιον, florum aut etiam foliorum ambitus circinatus, qui colliculos uel ramulos herbarum coronat.

Pappus, πάππος, decidua lanugo, in quam flores nonnulli conuerſi delabuntur ac diſsipantur.

Vngues, ὄνυχες, in roſis & foliatis floribus imæ foliorum partes, quibus in capite ſuo cohærent. Dioſcorides, δεῖ δὲ χυλίζειν τὰ ἁπαλὰ ἀποψαλλίσαντες τὸν ὄνυχα καλούμενον, ὅπερ ἐστὶ τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ φύλλῳ.

Fructus, καρποὶ Frucht, differunt καρπὸς, σπέρμα, περικάρπιον & πυρὴν.

Fructus, καρπὸς, uel generatim ſignificat totum, quod pulpa nucleo & ſemine conſtat, uel ſpeciatim & propriè in arborum fructibus, intimum illud nucleo incluſum, quod cum maturuit, terræ inſitum plantulam arbori ſuæ ſimilem gignere ac procreare poteſt, der rechte kern in der Bewm früchten.

Semen σπέρμα, in herbis eſt, quod in fructibus arborum & fruticum κάρπος, Samen.

Φυτευτήρια, ſemina ad ſationem electa & deſtinata. Samen zur ſat.

Fru-

Fructuum alij uocatur ὀπῶραι, latine poma, Obſt, ut mala, pyra, pruna damaſcena, quæ καρπὸν pulpa tota molli & ad eſum idonea exterius circumdatum habent, ſeu quæ foris habent quod edendo eſt, intus durum includunt. Alij ἀκρόδρυα, latine Nuces, Nůſs, ut iuglandes, auellanæ, caſtaneæ, quæ duro foris teguntur putamine, intus habent quod eſui eſt.

Nucleus πυρὴν eſt uel operculum, quod fructum continet, munit et tegit, uel totum cum fructu inuolucrum. Eſtq; in pomis δερματικὸν ut in malis putamen coriaceum interius fructum contegens, In acrodrijs ξυλῶδες,, ut in auellanis, glandibus, putamen ligneum, Nusſchalen.

Præcoces fructus, πρόωροι ἢ πρόδρομοι κάρποι, frůzeitige frucht.

Fructus fugaces, ὡραῖοι κάρποι, qui non ferunt ætatem, nec ad reponendum ſunt idonei, ὥραν enim græci tempus uocarunt, in cuius medio κύων, id eſt, Syrius oritur, quo tempore fugacium fructuum alij declinant, alij in uigore conſiſtunt, alij ad uigorem accedunt.

Fructus ἐπέτειοι qui durant ad annum ſequentem, annui fructus.

Περικάρπιον, pulpa uocatur exterior in omnibus fructibus, pomis & acrodrijs, Eſtq; in alijs

mollis

mollis & ἐδώδιμος ut malis, pyris, ceraſis, ar-
meniacis,prunis, In alijs dura, & uelut lignea ut
auellanis,glandibus. Ideo alia eſt πέπανσις τοῦ
καρποῦ,alia περικαρπίου. Maturatur fructus cum
eam aſſequitur perfectionem, ut procreare ſimi-
le poſſit, περικάρπιον maturatur cum ex per-
mixtione optima materiæ terreæ & aqueæ à ca-
lore ſubactæ & extenuatæ acquirit temperatam
ſubſtantiam,conuenientem corporibus noſtris,&
idoneam nutritioni. Et confert ut Theophraſtus
inquit, ἡ μὲν πέψις τοῦ περικαρπίου πρός τὰς ἡμε-
τέρας τροφάς, ἡ δὲ τοῦ καρποῦ πρός γένεσιν καὶ
διαμονὴν τῶν δένδρων.

Acini, ῥάγες, uuarum fructus, Weinberen.

Grana, ſemina proprie leguminum & fru-
gum, & quorundam etiam ſed minorum fructu-
um,græce κόκκοι, Körner.

Legumina, ὄσπρια, χέδροπα, gemüs, quorum
ſemina ſiliquis includuntur. Vt piſa,orobi,fabæ,
lentes,uel etiam uaſculis,ut ſeſamum.

Fruges σίτηρα, δημήτρια σπέρματα, getrei-
dich, quarum ſemina continentur ſpica, & muni-
untur ariſtis. Vt hordeum,triticum,olyra.

Baccæ,fructus rotundi,parui,duriuſculi,nul-
lo foris ligneo & duro operculo incluſi, ut iuni-
peri, lauri, myrti, corni, græci non diſcernunt à
granis generali uocabulo, ſed ſingulis propria
tribuunt,

tribuunt, ἀρκευθίδας, baccas iuniperi, Wacholbeeren, δαφνίδας, baccas lauri Lorber beeren. μύρτα Heydelbeeren, nominant.

Pillulæ, σφαίρια, fructus rotundi, grandiores, putamini incluſi ligneo, ut galbuli ſeu fructus cupreſſi.

Corymbus, κόρυμβος κορύμβιον, κορυμβία, uua hœderæ ex acinis denſe conſertimq́; circa ſcapum in ſphæræ figuram conglobatis.

Lanugo innaſcens fructibus, ἐπίφυσις λαχνώδης. Hæc in caſtaneis, cotoneis, perſicis cernitur.

Χρόνιαι ſeu perennes partes perdurant cum plantis. Suntq́; earum aliæ Integrales, aliæ integralium partes.

Integrales ſunt Radices, Cauli, Rami, ſurculi.

Radices, ῥίζαι, Wurtzeln, quibus al mentum attrahunt plantæ, & terræ cohærent.

Nuclei uel ſpicæ, γέλγεις, γέλγιθες, ἄγλιθες, aglidia grana, bulbi, ex quibus allij caput compactum eſt, die zeen am knoblauch.

Bulbi, βόλβοι, rotundæ radices ſiue ex pluribus capitulis coagmententur, uno omnes folliculo ambiente, ſiue diſtinguantur.

Fibræ uel capillamenta tenuiſſimæ & extremæ radicū pariticulæ, extenuatæ capillorum inſtar, zeſerlein, ἶνες & τρίχες. Vnde radices ἰνώδεις & τριχώδεις.

Cirri

Cirri fibræ ſunt criſpatæ & intortæ.

Caules, καῦλοι, ſupra terram ſimplices aſſurgunt, in eaſq; alimentum defertur. In arboribus στέλεχη, latine ſtipites & caudices, germanice ſtemme uocãtur. Caulis uocabulũ herbis inhæſit.

πρεμνὸν, truncus arborum nodoſus habens multas ἐκφύσεις.

Scapus uel Thyrſus, caulis ſtyli modo in altum erectus, ein gerader ſtengel, ſcapus dicitur ducta ſimilitudine à ſcapis columnaribus. Thyrſus quod in uirgulæ uel teli rectitudinem aſſurgat, πτόρθος.

Striæ, ἐξοχαὶ, ſunt in caule rectæ, eminentes, & oblongæ lineæ, ſecundum caulium exporrectæ rectitudinem uelut plicæ, falden. Striatus caulis, gefaldener ſtengel. Strigiles caua canaliculiq; intra plicas.

Rami, ἀκρέμονες, qui caudice uelut fiſſo in omnes partes multiplices ſparguntur, die Eſthe.

Termites rami cum fructibus auulſi.

Frondes rami cum folijs uel florib. decerpti.

Surculi, κλάδοι, κλαδίσκοι, qui ex ramis ſimplices atq; indiuidui oriuntur, quale præſertim annotinum germen apparet. zweige, ſchöſſe.

Ramuli herbarum, κλῶνες, κλώνια, κλωνάρια, καυλία, colliculi.

Περιρακίδες rami palmarum, qui in Iohanne uocan-

uocantur βαΐα, unde factum noſtrum Maien, litera β. in μ. mutata.

Θαλλίαι, rami Olearum.

Κράδαι, rami ficum.

Εἰρεσιώνη, ramus oleaginus qui geſtabatur à petituris pacem uel inducias.

Soboles, annuum germen, θάλος, βλάςος, iargewechs, iarſchöslein.

Minutiſsimæ ſurculorum particulæ inſtar capillorum tenues, κάρφοι, feſtucæ latinis.

Cymæ, κῦμαι, ſcaporum delicatiores teneríoreſq; colliculi, qui à prima ſectione exeunt. Sed magis proprie illud, quo flos ad ſemen clauditur. κυήματα aliàs.

Stolones παραφυάδες, uel παρασπάδες, inutiles ex radice, trunco, uel ramis, prodeuntes ſurculi. Nebenwachs.

Virgæ, ῥάβδοι, ῥαβδία, colliculi recti & oblongi, rutten, quales ſunt corylorum.

Nodi, ὄζοι, Eſthe, articuli ramorum cum trunco uel inter ſe. Theopaſtus, ὡς ὁ ὄζος ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτω ὁ ὀφθαλμος ἐν ἀμπέλῳ, καὶ ἐν καλάμῳ γονὺ.

Geniculum, γονὺ, der knod an eim halm, oder rhor.

Internodiū inter articulos uel genicula mediū.

Alæ, μάσχαλαι, caui inter caules & ramos anfra-

Anfractus, ex quibus ſinuatim noua proles egreditur.

Oculus primum germinationis argumentum in ſurculis, knoſpen.

Spinæ, aculei, ἄκανθαι, in ramis quibuſdam ſtacheln, dorner.

Culmus, ἀνθέριξ, κάλαμος, καυλος, κῶλον, unde σίτηρα μονόκωλα, caulis frugum, der halm.

Spica, ſpicum, & ſpicus, ςάχυς, aehr, korn-aehr.

Mutica ſpica quaſi mutila, ςάχυς κόλοβος, æhr one ſpitz.

Granum, Kürnlein, κοκκὸς.

Gluma, grani theca, ſeu folliculus quod deglu batur dicta, heutlein, hülſen.

Ariſta, ἀθήρ, apex ſpicæ, quæ ut acus tenuis eminet è gluma uel folliculo, das ſpitzlein an der æhr.

Frit, quod in ſumma ſpica & iam matura mi nus eſt grano.

Vruncum, quod in ima ſpica ad ſummum ſtra minis culmum grano minus eſt.

Paleæ, ἄχυρα, gramina reſecta cum ſpica.

Acus, σκύβαλον, Sprew.

Metæ, θωσμοὶ, manipuli in quos colliguntur demeſſæ ſegetes, Garben.

Integra-

Integralium partes ſunt Matrix, lignum, cortex.

Matrix μήτρα, quam καρδίαν alij, alij μύελον uocant, in medio ligni reſidet, & tertium à cortice continetur, uelut in oßibus medulla, Marck. conſtat carne & humore, cognata huic ἐντεριώνη..

Lignum, ξυλὸν, neruo conſtat & humore, interdum & carne.

Cortex, φλοῖος, eſt pars ultima, à ſubiecto corpore ſeparabilis, uelut Cruſta quædam ad tegendum data. Conſtat neruo, humore & carne. Rinde. Quod corticem exterius in ſummo uelut ambiens membrana cingit, tunica dicitur, χίτων.

Liber, cortex interior, qui ligno propius & pertinacius inhæret, taſer.

Thalliæ, ceparum tunicæ, die heutlein vmb die zwibeln.

Folliculi, φύσκια, qui granum uel ſemen continent inuolutum.

Siliquæ, λόβοι, quæ uel ſemina herbarum uel grana leguminum includunt, ſchötlein.

Valuuli, κιβώρια & κιβώτια, uel generaliter κελυφαί aut κελύφη aut λέμματα, qui fabarum & leguminum cæterorum grana immediate continent.

Vaſcula, ἀγγεῖα, quæ ſeſami & papaueris ſemina continent.

Membranæ, ὑμένες, inuolucra tenuia granorum ſeminum et fructuum membranis ſimilia. In frugum granulis, proprie ἔλυτρα, latine glumæ, uocantur.

Putamina κέλυφαι uel κελύφαι & λέπη. Cuticulæ quæ περικάρπιον tegunt ueſtiunt & muniunt, ſchalen.

Aculeatus Cortex, λέπος ἐχινοειδὲς, ut caſtanearum.

Vagina, inuolucrum, quo condiuntur ariſtæ priuſquam prodeunt.

# APPELLATIONES PARTIVM VITIS.

Vitis Vinifera, ἄμπελος οἰνοφόρος, Weinſtock.

Labruſca, ἄμπελος ἀγρία, Wilder Weinſtock.

οἰνάνθη, flos labruſce, cuius fructus non matureſcit.

Sarmenta, φρύγανα, prælongæ uitium uirgulæ, in quas uitis luxurians ſpargitur, holtz.

Palmites, κλήματα, in uite uocantur, qui in arboribus ſurculi, quotannis emergunt ex ſtirpe,

& in

& in gemmas abeunt, quæ deinde in modum palmarum humanarum uirgulas quaſi digitos expromunt, κλήματα uiticuli, κληματίδες.

Palmes pampinarius, qui ex duro prouenit, & primo anno plerumq; frõdem ſine fructu affert.

Palmes fructuarius, ex anniculo palmite procreatur, fructuq; protinus induitur.

Annui palmites, τὰ ἔνα κλήματα ἢ βλαστήματα, ihar gewechs.

Nouelli palmites, νέα ἢ νεάνισκα κλήματα, latine malleoli, rebenſchöslein, μοχεύματα.

Flagellum uitis maior.

Palmes maior, uitis ex qua uua naſcitur.

Capreoli, clauiculæ, ἕλικες, coliculi ſunt, quibus quaſi manibus proreptans uitis adminicula apprehendit. Hederæ ramuli quibus ſe fulcris implicat, τὰ ῥίχεια, uocantur.

Pampini, folia uitium, οἴναρα, βλαστοὶ, & βλαστήματα, rebenbletter, inde βλαστολογεῖν.

Propagines, uetulæ uites ſuppreſſæ per inflexos arcus, ut ex una plures emergant. παραφυάδες.

Gemmæ, ὀφθαλμοὶ, in ipſis uelut ſarmentorum articulis relictæ, uuam orientem oſtendunt, die augen.

Lachrymæ, δάκρυα, ex gemmis guttæ extillantes, threnen.

Vuæ, σαφυλαι, Trauben. βότρυες & uuas & ſcapos ſeu racemos ſignificant.

Racemus uel Scapus acinos uuarum ſuſtinens βότρυς uel τὸ στρύγιον, der trauben ſtengel apud Theophraſtum, quod mendoſum eſſe certum eſt, & legendum pro στιχίῳ βότρυχον, ut ex Galeno conſtat.

Acini, ῥᾶγες, weinbeeren.

Nuclei acinorum uel Vinacei γίγαρτα, die kern in beeren, ut κεγχράμιδες, in ficubus.

Folliculi acinorum, σέμφυλα, weinhülſen, χιτῶνες, & σκέπασματα ῥαγῶν, id eſt, tunicæ uinaceorum.

Vuæ albæ, βότρυες λευκοὶ, blancke trauben.

Vuæ nigræ, βότρυες μέλανες, rott Trauben.

Vallum Vinaceum, χαράξ τῶν κλημάτων, weinleeben.

Solidæ uuarum reliquiæ, quæ muſto expreſſo ſuperſunt in torculari, σέμφυλα & βρύτια, die hülſen ſampt den kernen.

Vuæ acidæ, σαφυλαί ὀξεῖαι.

Auſteræ αὐστηραί.

Dulces γλυκεῖαι. Vinoſæ οἰνώδεις, quæ temperamentum inter reliquas medium habent, cum dulces calore, acidæ & auſteræ frigore excedãt.

ὄμφακες, uuæ immaturæ, uulgo agreſtæ, vnzeittige weinbeeren. ὀμφάκιον, ſuccus earum.

σαφίς,

Σταφίς, uel ἀσταφίς Vua paſſa, Roſynen.

Σταφίδες ἐκγεγαρτισμέναι, uuæ Paſſæ à uinaceis purgatæ.

Muſtum, Moſt, γλεῦκος.

Ἀειγλεῦκες, vorhaltener, vnuorgorbener Moſt, muſtum quod non deferbuit.

Paſſum, γλύκυς, ex uuis ſole ſiccatis in area, aut in ſarmento torrefactis exprimitur.

Πρώτροπον, Muſtum, quod ſponte ex pendentibus adhuc uuis deſtillat.

Sapa σείραιον uel ἕψημα, fit muſto ad tertiam uſq; partem decocto, duabus conſumptis.

Defrutum eodem ad dimidiæ, Carœnum uero ad tertiæ partis conſumptionem decocto paratur.

Lora, δευτερίας, ἢ στεμφυλῖτις, ἢ πότιμος, dilutis & maceratis aqua uinaceis poſt expreſſionem muſti fit, lauer.

ἀδύναμος, factitium uinum, quod albi muſti duabus partibus, una aquæ affuſa decoctaq; ad aquæ conſumptionem conficitur.

ὀμφακίτης, uulgo agreſta.

Vinum Melitites, οἶνος μελιτίτης, ex auſtero muſto cum melle decocto paratur, Sweinmedt.

Οἰνόμελι, ex auſtero Vino cum melle decocto fit Mulſum, Medt aus moſt.

Aqua Mulſa, μελίκρατον, aqua pluuia eſt

uel ſontana melle permixta, quæ cũ uel inſolata uel decocta reponitur, ὑδρομελὶ uocatur, Medt.

οἶνος, uinum Natiuum, Wein.

οἶνος λευκὸς, album uinum, blanckerwein.

οἶνος μέλας, cui ſaturata rubedo, uel ad nigredinem etiam uergens, rotter Wein.

οἶνος κιῤῥὸς, Vinum giluũ, gelblichter Wein.

οἶνος ἐρυθρὸς, rubrum Vinũ, lichtroter Wein.

## APPELLATIONES FRVGVM, LEGVMINVM OLERVM ET FRVCTVVM VSITATORVM.

FRumentum. σῖτος.

Fruges. σίτηρα. Getreidich.

Triticum. πυρὸς. Weitzen. Panes triticei. ἄρτοι πύρινοι. Weitzenbrott.

Galenus panes qui fiebant ex tricico, diſtinguit bonitate, candore & præſtantia farinæ triticeæ. Fiunt autem dum triticum in molendino pinſitur hæ differentiæ.

Primo integrum triticum ex eminentiore ciſtella circumactu lapidis molaris impulſa decidens per medium lapidis foramen in pauimentum teritur ac pinſitur, quod de cominuto agitatione lapidis attritoq; tritico in tenuiſſimum pul

uerem

uerem & uolatilem euolat, lapidiq; & parieti-
bus adhœreſcit Pollen eſt ſeu farina Volatilis. Græce γῦρις. Staubmeel. Reliquum in incerniculum, quod per uocatam ciſtam extenditur longo decliuiq; ductu longioris ſacci forma, propellitur impetu continuo. Eo impetu de commolito tritico farina optima per incerniculum ſecernitur & excutitur. Pars grauior & præcipua ac nobiliſsima ſed tenerrima & delicatiſsima, pondere ſubſidens fundum petit. Leuior effertur & euolat, atq; ad latera ſeſe ciſtæ applicat. Illa proprie uocatur Siligo, ut ex Plinio manifeſtum eſt, Græcis latina appellatione σιλίγνις, das beſte weiſſe meel, ex hac fiebat panis σιλιγνῖτης, id eſt, Siligineus. Hæc Flos Siliginis eſt Plinio. Nondũ ex tenuata pars trici, quæ ob craſsiciem anguſtos incerniculi poros non perrũpit, egeſta motu eius agitationeq; per orificum amplius excidit in pauimentum. Inde collecta Craſsiore Cribro transfunditur ac ceu colatur purgaturq; à furfuribus craſsioribus, quorum origo è contritis eſt tritici folliculis, quæ glumæ latinis, græcis λέμματα dicuntur. Quod hoc modo detractis & Cribro ſeparatis furfurib. craſsiorib. colligitur, et conſtat ſimilagine crimno et furfuribus tenuioribus, uſurpabatur à ueterib. ad panificia. Conficiebant. n. ex eo panem quem συγκόμιστον & αὐτόπυρον nominabant.

Vocabatur autem ἀυτόπυρος & ἀυτοπυρίτης, quaſi ὅλος ἀυτὸς ὁ πυρὸς, quod tota tritici farina conſtaret, à qua nihil detractum erat præter furfures craßiores. Et συγκόμιστος quod de omnibus coniunctis ſimilagine ſcilicet, crimno & furfurib: tenuiorib: pararetur. Græci enim initio nõ Similaginem à Siligine ſepararũt, Sed eam poſtea conſuetudinem à Romanis acceperunt cum appellatione ipſa. Separatis ergo furfuribus craßioribus reliquum denuo immiſſum in molendinum, ſecundo molitur, excuſſumq; incerniculo remittit rurſus tum farinam craßiorem decumbentem in ciſtæ fundum, quæ priori bonitate multum cedit, uocaturq; Similago latinis, Græcis σεμιδαλίς, tum tenuem puluiſculum euolantem, qui eſt flos ſimilaginis latinis, Græcis παιπάλη. Sed Græci ueteres, qui ut dixi non tam accurata diligentia primam farinam ab altera ſeparatam ſeorſum exceperunt, ſed miſcuerunt utramq;, σεμίδαλιν uocarunt generaliter farinam tritici utramq; prima ſecundaq; tritura expreſſam, παιπάλην florem farinæ utriuſque et ſiliginis & ſimilaginis. Recentiores græci Romana conſuetudine diſtinxerunt, Vocaruntq; panem ex ſemidali quæ ſiligine deterior erat confectum σεμιδαλῖτην, ut Latini Similam & Similaginem. Retinemus & nos Romana diſcrimine

& Sili=

& Siliginem uocamus, das beſte weiſſe Meel. Similaginem, das mittel meel.

Similagine ſeparata de reliquo quod in pauimentum eijcitur ac Crimno & tenuioribus furfuribus conſtat, Græcis etiam aliquid farinæ habebat, conficiebant Græci panem, qui πιτυρίας, id eſt, furfuraceus dicebatur. Kleyenbrod. Furfures enim, πίτυρα, nobis ſunt Kleyen. Sed plerumq; tenuiore illud ipſum transfuſum Cribro perpurgabatur denuo, ut hodie quoq;. Excidebat autem quod κρίμνον uocabatur. Grieſs. Detinebantur & hærebant in Cribro Furfures tenuiores. Kleine kleyen. Quorum in Emplaſtris uſus eſt, cum Craßiores ad ſaginandos uſurpentur porcos. Hæc ex ueteribus Galeno Plinio & alijs recte diſtinximus.

Panis fermentatus. ἄρτος ζυμίτης, uel ναστὸν, cui fermentum miſcetur, geſewert brott. Eſt enim ζυμὴ fermentum. Sawerteig.

Panis non fermẽtatus. ἄρτος ἄζυμος. Vngeſewert brott, ut placentæ ſunt, quarum genera à Græcis πέμματα uocantur. Eſt & ſpeciei nomen πέμμα, & placentas ſignificat ad cornuum ſimilitudinem formatas, quas hodie hörner uocamus. Olim Apollini ſacræ fuerunt.

Melicerides. Melitomata. μελικηρίδες. Honnigkuchen.

nigkuchen. Pfefferkuchen. οἱ πλακοῦντες. Placentæ. Differentiæ harum plurimæ ueteribus fuerunt in uſu.

Οἱ ταγηνῖται ἢ τηγανῖται. Taganitæ à patella & ſartagine denominati. Pfankuchen. Cum μᾶζα, quæ φύραμα eſt paratum ex mixtis farina oleo lacteue aut aqua, aromatis aſperſis quandoque aut condimentis alijs, frigitur in oleo feruente aut butyro aliaue pinguedine. Inde ὠὰ ταγηνιστὰ, quæ frixa latinis appellantur.

Στρεπταὶ ἢ στρεπτίκιοι. Placentæ tortiles uelut ſtrijs & canaliculis plicatæ. Sprützkuchen.

Αἱ κρηπῖδες. Kreplein. Condiuntur uarie eclegmatis. Maza enim extenſa ac dilatata, & cum impoſitis condimentis complicata, conficiuntur.

Ἔγχυτοι. Streublein. Fiunt pulticula liquida infuſorio transfuſa in ſartaginem feruenti plenam butyro, in quo mirabili ductuum implexu conuoluuntur & criſpantur.

Οἱ ὀβελίαι. Spieskuchen. ὅτι ἐν ὀβελίσκοις ὀπτᾶται, quia uelut carnes ad ignem aſſantur circumacto ueru, cui aut liquidior pulticula affunditur, donec calore durata inhœreſcat ac percoquatur, aut maza allinitur & adigitur manibus.

Οἱ ὀστρακῖται. Eyerkeſe. Coquuntur in teſtis.

ἴτρια.

ἴτρια, ex melle & farina placentulæ. Hyppen. Liba abhis non multum differunt.

ῥήματα. Rhyemeta. Liquida pulticula ferreis lanimibus & ignitis affuſa, compreſſaq; & leuiter aſſata fiunt. Eiſenkuchen.

Ἀμῦλισκοι. Ex farina triticea & lacte parantur.

Lagana. Plintzen. τυρολάγανα caſeo admixto fiunt.

Βουλητῖνοι. Fladen, ut conſtant ex Atheneo. Germanica uox Græcæ cognata eſt, ſed uidetur eſſe ex Latina uoce facta. Fladen, quaſi oblata.

Libi circi. Kuchen. Placentæ in rotunditatem planam & circinatam expanſæ, conſperſæq; ouis caſeo butyro aut ſimilibus.

Coctura multum differunt placentæ. Friguntur enim aliæ, φρυκτοὶ. Aliæ coquuntur, ἑφθοὶ. Aliæ aſſantur, ὀπτοὶ. Aliæ uelut uſtulantur aut torrentur in Craticula, ἐπανθράκιτοι πλακοῦντες.

Panes non materia tantum, ſed et locis in quibus aſſantur, ac modo aſſationis & forma differunt.

Diſcrimina à locis in quibus aſſantur & modo aſſationis ſumpta ſunt.

Furnarij panes ſeu teſtuacei, κλιβανῖται. In furnis mediocriter æſtuantibus, more horum

tempo-

temporum aſſabantur. Erant hi optimi omnium & concoctu facillimi.

ἰπνίται in minori furno coquebantur.

ἐγκρυφίαι in calidos defodiebantur & condebantur cineres donec percoquerentur. Sic dicebantur ὡς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν τέφραν ἐγκρυβέντας ὀπτᾶσθαι. Appellatio hæc non raro in ſacris eſt literis repetita, quia in ſacrificijs hoc modo cocti panes proponebantur. Aſchenbrott.

Vulgo uocati Panes Martij ἐγκρυφίαι dici poſſunt, qui infra ſupraq; candentibus carbonibus ærea lamina interpoſita leuiter uelut indurantur. Marcipàn. Eſt autem hoc nomen factum ex maza & pane. Marcipan, id eſt, Maza panea.

ἐσχαρῖται in Craticula aſſabantur aut foci pauimento, ad eum modum ut totum exterius ceu indumentum duraretur in Cruſtam, interius molle laxumq; fieret. Paſteeten.

Forma differunt. βάγχυλοι, figuram Rhombi habent, Wecken.

κόλλικες, plocamorum inſtar plexi panes & rotundi. Geflochtene koletzſchen.

κόλλαβοι. Panes quadrangula figura ad ſimilitudinem plexus plocamorum formati. zöpff.

Spiræ. Cruſtulæ. σπεῖραι. Prezeln.

Στέφα-

Στέφαναι & στέφη. Panes coronæ modo rotundi atq; in medio perforati. Ringe.

Ἀπάραγος, ſuperior cruſta panis, die oberc rinde oder kruſt am brott.

ἐψηθία, inferior cruſta.

ψαθύρια & θρύμματα, broſem / grumen im brott.

A Varrone tritici Species recenſentur, Siligo, Robus, & σιτάνιον, quod & τρίμηνον, id eſt, trimeſtre dicitur. Tritici nomen ſignificat idem quod tritum ex ſpinis. Virens triticum χιδρία.

Halica natiua. χόνδρος, tritici genus eſt, errant qui eandem cum farre ueterum eſſe cenſent.

Halica facticia ex zea fiebat, ut Plinius refert.

Amylum. ἄμυλον, ex eo appellatum eſt, quod ſine mola paretur. Kraſſtmeel. Ex tritico fit trimeſtri.

Hordeum. κρίθη, Gerſten. Eſt quoddam hordeum ἑξάστοιχον ſeu Canterinum. Sechs ſchichtig gerſten. Grosgerſten. Quoddam δίστοιχον ſeu galatium. zweiſchichtig, kleine gerſten.

Panes hordeacei. ἄρθοι κρίθινοι, gerſtenbrott.

Ptiſana dicta ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, quod hordeum ex quo fiebat tundendo degluberetur & ſuo exutum cortice conderetur ad uſum. Tundebatur

enim

enim non molebatur, donec deponeret glumam, hodie pro Ptiſana utuntur hordeo mundato, quod aliter alij expurgant & apparant. Gerſtenmeel. Conficitur hoc modo ex auena, quod uocamus hebernmeel.

ὠμὴ λύσις, id eſt, Crudum lomentum. Plinius ubiq; farinam hordeaceam eſt interpretatus. Fit ex crudo hordeo in farinam contrito.

Polenta. Græce ἄλφιτον, quæ uox quandoq; ſimpliciter farinam hordeaceam, quandoq; polentam ſignificat, fit ex hordeo aqua aſperſo nonnihil ſiccatoq; & mediocriter fixo ac tandem tuſo uel commolito. Gerſtengrauppen.

Olyra. Rocken, Korn. Olim arinca, quæ uox ex germanica appellatione orta eſt, Craßior farre.

Panes olyracei. ἄρτοι ὀλύρινοι. Rockenbrott.

Ζεόπυρον olyra præſtat. Mediam enim inter zeam & triticum habet ſubſtantiam, quod & nomen indicat. kern.

Briza. βρίζα, quam in Thracia ſic nominatam Galenus refert, deterior zea. Plinio Secale. Schwartzer rocken.

Farrago. Plinio ex recrementis farris prædenſa ſeritur.

Far. Adoreum. Italiæ notum. Olyræ non dißimile ſed præſtantius.

Typha

Typha cerealis ſeu frumentacea. τύφη, tritico ſimilis colore & denſitate. Staudenkorn.

Spelta, ζεὰ & ζέα. Spelten, Dinckel. Duum generum eſt. Vna cui grana in ſingulis membranis gemina δίκοκκος nominata. Altera cui ſimplicia ſunt.

Tragos. Hammelkorn. Vulgo hordeum depilatum.

Auena. βρῶμος. Hauer. Notum frumentum, quo paſcuntur equi, conficitur ex ea & ptiſana.

Ireo Cerealis uel Eryſimum cereale. Vulgo uocatum frumentum Sarracenicum. Heydniſch korn. Quidam à triquetra figura trigonum appellant.

Milium. κέγχρος. Hirſen. Semen gerit in longis & turbinis figura faſtigiatis panniculis teres & pendulum.

Milium Indicum. Vulgo Turkiſcher Weitzen.

Panicum. ἔλυμος. μελίνη. Fenich. Fuchsſchwantz. Semina rubidis continet panniculis denſe confertimq; aceruata, alias purpurea, alias ruffa, candida alias & nigra.

Crimnon. κρίμνον. Craßior tritici & zeæ farina, ex qua fit puls. Grieß.

Athera. ἀθήρα, ex tenuißime molita zea olim fiebat. Eſtq; ſorbitio liquidæ pulticulæ ſimilis, hodie ex

die ex auena exquiſitiſsime comminuta paratur, ſauff aus hebern meel.

Puls, πόλτος. Pulticula, πολτάριον. Brey.

Melampyron. μελάμπυρος. Wachtel weitzen.

Phalaris. Bluthirſen. Semen gignit candidum, oblongum, milij magnitudine.

Phœnix naſcitur in tectis & foſsis ſpica lolij, flore puniceo. Meuſe korn.

Lolium. αἶρα, ζιζάνιον, in hordeo Twalch, in olyra Threſpe.

Zythum & Curmi potus ex hordeo cognati noſtræ Cereuiſiæ. Zythum, id eſt, feruefactum à ζέω. Coquitur autem cereuiſia uel ex hordeo ſolo, uel tritico ſolo, uel utriſq; proportione mixtis.

## APPELLATIONES LEGVMINVM.

LEgumina à Legendo nomen ſortita ſunt, quod à terra leguntur uellendo, non ſubſecantur. Græce ὤσπρια. χέδροπα. Gemüſs.

Oryza. ὄρυζα. Reis. Semina non ſpica ſed iuba continet ut milium.

Oryza minor. Himmelthaw. Schwaden. Naſcitur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0148-0

ſcitur in humidis & aquoſis locis, tenuior multo & minor milio. Planta in qua naſcitur uidetur ea eſſe, quam recenſet & deſcribit inter graminum genera Plinius nomine Graminis aculeati.

Seſamum σήσαμον. Ex Ægypto affertur. Semen gerit uaſculis incluſum, ut papauer, minus aliquanto lini ſemine, candidum & pingue.

Fabæ. Bonen. κύαμοι, uel ἀπὸ τοῦ κυεῖν αὔξοι, uel ἀπό τοῦ κύειν δεινοί. Fœcunditatem enim efficere & uenerem extimulare creduntur, quod flatulentæ ſunt.

Puls fabacea liquidior & dilutior ἔτνος: craſſior ἔρυγμος.

Piſa. πίσσοι. Cognata fabis. Duo eius genera. Vnum in aruis ſcritur, minus, caducum, humi repens, granis rotundis, ſiliqua cylindracea incluſis, flore circa umbilicum purpureo. Piſa Campeſtria. Felderbſen. Alterum hortenſe eſt. Stengelerbſen, quod adfixis accubat palis, ijſq; ſeſe implicans & annectens Capreolis, quos exerit, aſſurgit in altum. Huius una ſpecies album florem, altera purpureũ edit. Illam klotzerbſen. Hanc Römiſch erbſen nominamus. Vtraq; campeſtria piſa magnitudine excedit.

Cicer. ἐρέβινθος. kichern. Tria Cicerum genera. Candidum, Ruffum & Nigrum.

Candidum rotundum & leue, Arietino minus. Vocatur Columbinum. weiskichern.

Rubeum ab erui ſimilitudine ὀροβιαῖον & ὀροβιάς Græcis, Latinis Venereum, Columellæ punicum à mali punici colore dicitur, Rott Kichern.

Nigrum arietinum uocatur, κριός, quod Arietino ſimile ſit Capiti, Schwartzkichern.

Cicerculæ, λάθυροι, quaternis et inæqualibus angulis inciſæ ſunt, non rotundæ ſed compreſſæ in quadrangularem figuram decliuem, Eruen in Apotecken.

Phaſeli. φάσηλοι. Flores Candidos, ſemina in oblongis ſiliquis fœnugræci figura, candida, forma & magnitudine inter fabas & piſa media ferunt, Feſeln.

Phaſioli φασίολοι, δόλιχοι, λόβοι, λόβια. Semina hortenſis ſmilacis, renunculis ſimilia, colore uaria, ſed ex parte ruffeſcentia, welſchbonen.

Eruum, ὄροβος, Eruen. Vnum genus candidum, alterum ruffum eſt. Vtrumq; Cilyndracea ſiliqua continetur.

Eruiliæ, ὦχροι. Circa alucaria ſeruntur. Flore enim earum delectantur apes. Minus alte aſſurgunt quam Smilaces, quibus Topiario opere Cameræ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0150-1

*Cameræ opacantur & Pergulæ. Sed clauicula-rum adminiculo mirifice tamen ſcandunt & re-punt.* Rouilien Italis.

Araci, ἄρακοι, *lenti ſimiles* ἀπό τοῦ ῥεᾶσαι *quod frangere eſt, &* ἀ στερητικῷ, δυσθραστοὶ *e-nim ſunt.*

Lentes, φάκοι, *Linſen, Römiſch linſen, groß-linſen.*

Lenticulæ, φάκαι, *Klein linſen, Gemeine linſen.*

Lentes excorticatæ, λέκιθοι, *ausgelüffte, aus-geſchelte linſen.*

Lupini. θερμοὶ, *Feigbonen. Alij Satiui ſunt. Alij Sylueſtres, quorum differentiæ plurimæ, flo-re aut roſeo ruffeſcente, aut luteo aut cœruleo.*

Fœnum Græcum τῆλις. βούκερας, αἰγόκερας, ἐπίκερας, κεραΐτις. *Nomina illi impoſita à figura corniculorum, quam ſiliquæ quibus ſemen inclu-ditur repreſentant & præſeferunt. Siebenge-zeit. zigenhorn.*

Linum. λῖνον, λινοκάλαμον, ἄμμον. *Lein.* λινόσπερμον & λίνου σπέρμα, *Leinſamen. Li-num decorticatum, Flachs.*

Linum Xylinon. *Vulgo Cotonum. Bawmwol-len. Naſcitur in frutice peculiari, qui Goßipion & Xylon uocatur.*

# APPELLATIONES PLANTARVM OLERACEI GENERIS ET CVLINARII.

OLera et Oleracei generis plantas latini, λάχανα & λαχανώδη Græci uocarũt Plantas, quæ coctæ aut crudæ comeduntur uel ad acetaria uſurpantur aut adhibentur cibis reliquis condimentorum gracia. Eorum alia radicibus, alia colliculis & folijs, alia ſeminibus, alia bulbis, alia acredine & mordacitate commendantur.

Rapa in neutro genere & rapæ. γόγγυλαι & γογγυλίδες, à rotunda radicis figura. γόγγυλον enim idem eſt quod στρόγγυλον. Rüben. Denſiore ſatu maſculeſcunt radice procurrente in longum. Rariore effœminantur radice in rotundum globata. Semen ferunt in ſiliquis, quod expetitur olei cauſa, quod inde excuditur tuſione & compreßione.

Rapæ ſylueſtres. Rapunceln uulgo. Horum recens ex terra prodeuntium aſparagi, id eſt, tenera et ſumma ac paululum ſupra in terram extantia cacumina colliguntur primo uere ad acetaria. Eſt & aliud raparum ſylueſtrium genus,

luteo

luteo flore in ſegetibus naſcens, diuerſum ab Armoracia, grandiorem enim multo radicem habet.

Napi. Horum duo genera. Vnum quod βουνιάδα græci uocant, maius & rapo ac raphano ſimile. Alterum quod βούνιον minus, hoc præſtat illo. Germanice utrumq; Stöckrüblein. Bordfeldiſch rüblein. Mersburgiſch rüblein. Nomen βουνιάδος à tumente figura factum.

Radix. Radicula. Raphanus. ῥαφανίς, ἀπὸ τοῦ ῥᾷ φαίνειν. Tertio enim die à ſatu proſilit & erumpit de terra. Rettich. Duo eius genera. Vnum longa radice, quod Theophraſtus Syriacum & Bæoticum uocat. Alterum rotunda, quod Algidenſe.

Armoratia. Raphanus ſylueſtris. ῥαφανὶς ἀγρία. Naſcitur in ſegetibus rapo ſylueſtri non abſimilis, ſed minor multo. Heidenrettich.

Paſtinaca ſatiua. σταφυλῖνος ὁ κηπευτὸς, Gelbe mören. Zam mören.

Paſtinaca ſylueſtris. σταφυλῖνος ἄγριος. Wild mören. Radicem gignit ſatiua minorem, dodrantalem, craßicie digiti, albicantem.

Siſer. σίσαρον. Satiuum eſt & erraticum. Geyerlein. klingelmören. Gritzelmören. Tiberij Cæſaris commendatione nobile eſt, qui omnibus

 id annis

id annis è Germania Romam aduehi curauit à Gelduba caſtello Rheno impoſito. Radicem Siſeris Arabes Secacul uocant.

Rumex λάπαθον, ἀπό τοῦ λαπάττειν, quod eſt exinanire. Decocta enim folia molliunt & deijciunt aluum. Ampffer. Species Rumicis plures.

Lapathum hortenſe ſeu ſatiuum. λάπαθον κηπευτὸν, Garten ampffer. Duum generum eſt. Vnum grandius non abſimile ſylueſtri, ſed mollius pinguius & delicatius. Alterum minus, quod miniatum uocare à miniato ſucco et fibris pulchre rubentibus poſſumus.

Lapathum ſylueſtre. λάπαθον ἄγριον. Vulgo notum. Germanice, Haſen ampffer, butter ampffer, quod folijs eius obuoluitur & tegitur butyrum recens, ne tepore liqueſcat & diffluat aut molleſcat, uel à muſcis conſpurcetur. Grindwurtz ab effectu, quod linimentis miſcetur, quæ ſcabiei extergendæ atq; extirpandæ adhibentur. Ochſenzung à figura foliorum linguam bouis referentium.

ὀξυλάπαθον. Vulgo lapatium acutum in officinis. Sic denominatum ab acuta & mucronata foliorum effigie. Spitzer ampffer. Acetoſa.

ὄξα-

ὀξαλὶς à ſapore acido, & ἀναξυρὶς à figura foliorum exprimentium ſoleas calceorum, quas ἀναξυρίδας uocant denominata. Sawer ampffer. Duum generum. Maior quæ in hortis & pratis. Minor quæ in aruis & præſertim harenoſis & aridioribus prouenit.

Hippolapathum, ἱππολάπαθον, id eſt, grande lapathum. Duum generum eſt. Montanum unum quod quia à Monachis ſeri in hortis primum & coli cepit Rhabarbarum Monachorum uocatum eſt. ὀρεολάπαθον dici poteſt. Münch Rhabarbarum. Alterum in aquis naſcitur, longitudine duorum cubitorum. ὑδρολάπαθον. Waſſerampffer.

ὀξὺς uel τρίφυλλον ὀξύζυγον. Trifolium acidum. Sawerklee. Vulgo naſcitur in umbroſis locis, gratum acorem habet & lenem, propterea ad acetaria mirifice expetitur. Vulgo Panis Cuculi & Alleluia.

Lampſana. λαμψάνη, ἀπὸ τοῦ λάψαι, quod folijs terram lambit. Reinkoll. Olus ſylueſtre Iulij Ceſaris carminibus iociſq; militaribus præcipue celebratum. Alternis quippe uerſibus exprobrauere milites Lampſana ſe apud Dyrrachium uictitaſſe, premiorum parſimoniam cauillantes.

 Blitum.

Blitum. βλῖτον. Meier. Olus inſipidum & fatuum ſine acrimonia. Vnde Græci βλίτους fatuos uocant & ſtolidos. Aliud ſatiuum, aliud ſylueſtre eſt. Satiuum aut caule folijs & radice rubet, ut amaranthus, aut caule & fibris foliorum purpuraſcit, folijs uero ex ſaturata uiredine nigricat.

Malua. μαλάχη. ab emolliendo dicta. Pappeln. Malua hortenſis. μαλάχη κηπουτή. uulgo nota, & cultura aſſurgit & grandeſcit in arborem, Vocaturq; Malua Arboreſcens. δενδρομαλάχη. Florem eius quem aut candidum, aut ex candido purpuraſcentem, aut purpureum aut uermiculato rubore nitentem profert, eumq; aut ſimplicem rarumq; aut ex pluribus denſe confarctum folijs, germanice uocamus Ehren roſen, erdroſen. Magnitudine & uenuſtate roſas uincit ſed inodorus eſt.

Malua Criſpa. krauspappeln. Römiſch pappeln. Folia ampla, mollia, rotunda, & in ambitu laciniata ac plicato ſinuatoq; uibratu & flexu eleganter criſpata habet.

Malua ſylueſtris maior. Roſpappeln. Minor haſenpappeln & genſpappeln. Vtraq; differentia nota uulgo. Omne maluarum genus folia cum ſole circumagit, eodemq; ſeſe inclinat quo ſydus fertur.

Attriplex. ἀτράφαξις, ἀπὸ τοῦ ἀδρῶς αὔξειν, quod ſtatim in altum adoleſcit. Mox enim à ſatu profert ſe in emerſum, confeſtimq; incremento proficit, & ut creſcit ocyßime, ſic mox quoq; ſeneſcit & perit. Vocatur & χρυσολάχανον à colore uiridi in luteum langueſcente & auri æmulo. Melten. ʒam melten. Huic cognatum olus quod Spinachiam aliqui & Spinaceum olus, aliqui σευτλομάλαχον, aliqui attriplicem uiridem uocant. Binetſch.

Attriplex ſylueſtris. Scheiſmelten, muſtmelten, quod in fimo & locis in quibus ſtercora coacceruantur naſcitur.

Braßica. κράμβη, non ſic dicta quaſi κοράμβλη, παρὰ τὸ ἀμβλώνειν τὰς κόρας, quod hebetet & obtundat pupillas oculorum, Medetur enim caligantibus & cecutientibus oculis, ſed ὅτι ἀντέβη κόρῳ, quod Crapulæ medetur. Summo cibo enim ſumpta crapulam diſcutit & uini noxam comprimit. Sunt & pernicialia odia braßicæ cum uitibus. Koll. Mangoltt.

Braßicæ ſatiuæ. Vnum genus κεφάλωτον eſt & capitatum, alterum ἀκέφαλον & capite carens.

Capitata braßica aut folijs in rotundi orbis formam collectis capitis imitatur & repreſen-

tat figuram, aut caule in prætumidum globum extuberat. Prioris duæ ſunt Species. Vna quæ à Plinio uocatur Braſsica ſabellica, Germanice Krauſer kappis. Hæc folia quæ habet criſpa & intus alba tenera ac ſubdulcia, conglomerat in quandam capitis figuram. Altera quæ folia candida leuia & carthilaginea exacte contrahit & concludit in orbem ſolidiorem, proprie capitata uocatur. A Plinio, ſeſsilis, lacuturris & tritiana, kappiskraut, heuptkraut.

Braſsicæ non capitatæ differentiæ ſunt.

Braſsica leuis. κράμβη λεῖα ἢ λειόφυλλος. Eius una ſpecies candida eſt, Breyter weiſſer Koel. Altera caule & foliorum carthilagineis fibris rubet obſcuro rubore, folijs ex uiredine declinat ad cœruleum colorem nigricantem. Blawer koel, Roter breyter koel. Vtriuſq; folia leuia & lata, neq; unquam in capitis coeunt aut caoleſcunt rotunditatem.

Braſsica apiana. κράμβη σελινοειδὴς ἢ σελινούσια. A foliorū figura inciſuris apij folia imitantia, Krauſer koel, Römiſcher koel oder Mangolt.

Braſsica abſolute. κράμβη. Minima omnium, klein koel.

Braſsica ſylueſtris, uulgo in locis naſcitur incultis. Gutter heinrich. κράμβη ἀγρία.

Braſsica marina. κράμβη θαλασσία, in Pharmacopolijs Soldanella et Soldana.

Beta

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0158-5

Beta. σεῦτλον. ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι, quod mirifice ceu impulſa atq; incitata attollatur & creſcat. Beta nigra. σεῦτλον ἢ τεῦτλον μέλαν, Rote rüben. Radices eius calenti cinere fotas ac maceratas donec emolleſcant, cortice detracto in rotundas aſſulas ſecant. Poſt conditas anetho & raphano maiore teſſulatim conciſo, aſperſo quandoq; pipere reponunt atque aſſeruant in uſum acetarij.

Beta alba. τεῦτλον λευκόν, Weiskoel. Römiſcher mangolt. Beeſe, uocabulo à beta detorto.

Portulaca. ἀνδράχνη. Satiua portulaca. Portzell, gartēportzel. Folijs pinguibus, à tergo candidis, ſapore aliquatenus ſalſo. Syluestris portulaca commutato nomine κηπαῖα uocatur. Wildportzell.

Aſparagorum duo genera. Altilis ſeu ſatiuus aſparagus ſeritur & educitur in hortis ex ſylueſtrium ſemine, & cultura manſueſcit ac tenerior euadit, Garten ſpargen. Sylueſtrium alius in aridis & harenoſis collibus naſcitur, uocaturq; πετραῖος & Myacanthinus: alius in paluſtribus & humentibus locis qui ἕλειος dicitur. Wildſpargen. Dicitur ἀσπάραγος quaſi ὁ μὴ σπειρόμενος, quod ſponte, etiam ſine ſatione naſcatur.

Plantag

Plantaginis ſpecies tres. Minima quæ proprie ἀρνόγλωσσον dicitur ab agninæ linguæ ſimilitudine, quam referunt folia. Spitzer wegrich. Media cui folium latius aliquanto & rotundius, molle, lanuginoſum, leuiter ruffeſcēs, odoratum. Richender Wegrich. Tertia maxima, glabro & lato folio. Breiter Wegrich & Roter Wegrich.

Lauer. σίον, Bachpungen, Waſſerpungen. Waſſermerck, Gaudet riuulis perennibus, quorum fluentibus quod alluitur & lauatur aquis, laueris nomen inuenit.

Siſimbrium. σισύμβριον. Duum generum eſt. Hortenſe. σισύμβριον κηπευτόν. Vulgo mentha criſpa. Krauſemüntz. Huic cognata duo genera menthæ aquaticæ, quæ balſamitas Myropolæ uocant. Eorum unum noſtri fiſchmüntz, alterum bachmüntz nominant.

Syluestre Siſymbrium. σισύμβριον ἕτερον ἢ καρδαμίνη. Duum generum. unum minus, Brunkreſſen. Vulgo naſturcium aquaticum. Alterum maius, Winterkreſſen. Vtrumq; cum prodit, folio rotundo exit. Vtrumq; perennare uidetur. σισύμβριον dicitur παρὰ τὸ σίειν ὄμβρον ἢ οὖρον, à cienda urina. Omne enim ſiſymbrium διουρητικόν eſt. καρδαμίνη παρὰ τὸ κάρα δαμνεῖν. Lædit enim caput halituum acredine.

Crith=

Chrithmum. κρίθμον. Latine batis. Germanice baccillen. Myropolis Creta marina. Naſcitur in maritimis locis.

Coronopus. κορωνόπους. Sic dicta quod folia, quæ ceu in acutos mucrones fiſſa & per terram ſtrata habet, figuram exprimunt pedis cornicum. Kraenfuſs.

Sonchus. Cicerbita latine & lactucella. σόγχος ἀπὸ τοῦ σῶον χέον, quod ſuccum ſi tundatur & exprimatur fundat ſalubrem. Duum eſt generum. πλατύφυλλος & στενόφυλλος. Sonchus πλατύφυλλος duplex rurſus. Aſpera, quæ germanice. Sewdiſtel, Sewmelcke. Leuis quæ Haſenkoel. στενόφυλλος etiam duplex eſt, ſed utraq; aſpera, & utraq; in ſegetibus naſcitur, una cœruleo, altera luteo flore.

Intybus. Intybum. σέρις. Duum eſt generum. Hortenſe & Syluestre. Hortenſe intybum. σέρις κηπευτή. Vna πλατύφυλλος eſt. Zam oder garten Endiuien. Vera Endiuia. Altera στενόφυλλος, cætera priori ſimilis. Zam ſwegwart. Scariel. Scariola, quaſi Seriola nomine detorto ex Seride.

Syluestre Intybum. σέρις ἀγρία. Duum etiam generum. Vnum quod σέρις ἵμβρος & ἡδύπνοις dicitur. Vulgo Dens Leonis & Caput Monachi.

Alte-

Alterum quod Cichorium, κιχώριον nominatur, inde quod florem cum ſole circumagit, & πίκρις ab amaritudine. Theophraſto amarago. Latine Ambubeia. Germanice wegwart. Hindleufft. Sonnenwirbell.

Condrilla. χονδρίλλη. Nomen acquiſiuit, quod imis radicibus callum quem χόνδρον græci uocant oſtendit. Duo eius genera. Vnum πλατύκλονον, cuius una ſpecies Cichorio ſimilis flore cœruleo, ſed minor multo, klein ſonnenwirbel. Altera maior, luteo flore, circumroſis folijs, Haſenſtrauch. Alterum genus μονόκλονον, cuius duæ ſpecies magnitudine diſcrepantes. klein vnd gros wild wegwart nominant germani. Omnia autem Sonchi, Intybi, & Chondrillæ genera & turgent & fracta inciſaq; manant lacteo ſucco.

Cucurbita à concuruatu. κολόκυνθα παρὰ τὸ κόλον κινεῖν dicitur. Duo eius genera. Camerarium & Plebeium. Hoc humi repit. Illud ſeſe attolit reptantibus ſcandens flagellis. Camerarij tria genera non natura, ſed figura diuerſa, quam ex cultu acquirunt mangonio.

Longa Cucurbita in longum porrigitur recto ductu ex ſeminibus, quæ prope collum creuerunt propagata. Langer runder kürbs.

Rotunda cucurbita globatur in orbem ima parte

parte atq; intumeſcit, ſuprema arctatur & co-gitur in anguſtum, deq; ſeminibus à medio ex-emptis corpore educitur. Runder kürbs vnd lenglicht.

Seßilis Cucurbita breuis eſt & craſſa, aptiſ-ſima recipiendis & aſſeruandis liquoribus. Run-der dicker kürbs.

Cucumis. σίκυς ἢ σίκυον, ἀπὸ τοῦ σεύειν καὶ κύειν κατ' ἀντίστροφον quod minime cieat, ſed cohi beat & extinguat Venerem. σίκυς ἥμερος. Vi-ret perpetuo, longitudine cubitali & curua, ſpecie hirſuta. Planta ſyluestri ſimilis eſt. Ex Cucumerum ſunt genere, quas Itali Angurias uocant & aliqui Cucumeres. Semen in aliquibus nigrum eſt, in alijs aut rubet, aut flauet, aut albi-cat, aut herbaceum colorem præſefert. Officinæ oſtenderunt pro citruli ſemine. welſch gurcken. Nomen enim gurcken ab Anguriarum appella-tione deductum eſt.

Pepones. πέπονες, ſic nominati à maturitate, qua illis opus eſt, quaſi πέπανοι, ſunt ueteribus, qui hodie ab Hetruſcis Citruli, quod ubi maturi-tate in magnitudinem iuſtam excreuerunt aureo citri colore flaueſcunt, & à Longobardis Cucu-meres uocantur. Germanice Gurcken. Polniſche Limonien, Pluzern. Seruntur in aliquibus locis

ad Ve-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0163-3

ad Vectigal, & dum uirent decerpti ante maturitatem iuſtam et priuſquam ſemina concipiant, ſale condiuntur anethi ſemine aſperſo aut alio ad acetaria.

Melopepones, & Melones. μήλωνες ἢ μηλοπέπονες, à pomi figura, quaſi pomoſi. Horum duo genera uulgo cognoſcuntur. Vnum cortice ſubtiliore, quod melones uocant, Germanice Melaunen. Alterum craßiore & ſolidiore cortice, quod pepones, Germanice Pfeben. Sed à peponibus Veterum diuerſum eſt. Vocemus ergo Melones germanorum Melaunen, & Melopepones Pfeben. Pepones Pluzern & Gurken.

Lactuca à lacteo ſucco quem fundit nomen ſortita. θρίδαξ ἢ θριδακίνη uel ὅτι τρίζει δακνομένη, uel ὅτι ἐν τῷ θέρει γίνεται quaſi θεριδακίνη, uel ſimpliciter ἀπὸ τοῦ θερίζεσθαι, quod metitur crebro, id eſt, decerpitur & colligitur ad acetaria, uel ἀπὸ ταῖς θριξί. Duo genera lactucarum Satiuum & Syluestre. Satiui unum genus Criſpis eſt folijs inſigne, alterum planis. Criſpi duæ ſpecies. Seßilis lactuca, græce εὐνούχιον & ἄσυλις, quod in caulem non aſſurgit, ui omni in folia abſumpta, quæ eleganter Criſpata in formam capitis conglobat, Sed non niſi transplantetur. krauſer lattich. krauſer Salat/der kopff gewint/ wie

kappis=

Kappiskraut. Hauptlattich. Coeciliana totis quidem folijs & in ambitu præſertim ſinuatim crenatis atq; criſpatis naſcitur, in globi tamen formam ea nunquam complicat. Gemeiner krauſer lattich.

Plani generis duæ etiam ſpecies. Intybacea lactuca, folijs intybi, latis, ex uiredine albeſcentibus, Welſcher Salat. Querna, quercuum folijs in ambitu profunde inciſis naſcitur, Gemeiner Salatt. Hæc durior agreſtior & magis inſipida. Illa mollior & tenerior eſt. Vtraq; candido ſemine, ut Criſpa utraq; nigro naſcitur.

Lactuca ſylueſtris. θρίδαξ ἀγρία, Gensdieſtel. Myropolarum falſa Endiuia.

Gingidium uel χαιρέφυλλον. Creutzkraut, Körffelkraut. Paſtinacæ ſimilis. Sed foliorum plures minoreſq; inciſuras habet.

Scandix. Nadelkraut, Nadelmören. Nomen habet, quod in oblongis gracilibus & acute mucronatis ſiliquis ſemen fert. Inde mater Euripidis dicta σκανδικοπόλις.

Caucalis. καύκαλις. Rauhe bibenell, Wilde groſſe bibenell.

Daucus, Gemeine bibenell.

Daucus Creticus, Beerwurtz.

Eruca ab erodendo dicta. Linguam enim gu-

ſtata acredine urentis ſaporis uellicat. εὔζωμος, quod iura cōmendet grato ſapore imbuta. Weiſſer ſemff.

Ocymum. ὤκιμον. ἀπὸ τοῦ ὠκέως ὄζειν, quod ſubita celeriq; & uehementi fragrantia petat feriatq; nares. Baſilien.

Ocymum citreum à citri odore. Großbaſilien.

Ocymum ſimpliciter. kleinbaſilien.

Ocymum Caryophillatum. Welſchbaſilien.

Orobanche. à ſtrangulandis orobis nomen inuenit. Theodoro apud Theophraſtum Eruanga. Sommerwürtz.

Tragopogon. τραγοπώγων. Barbula hirci. Bocksbart. Gauchbrott. Florem aut cœruleum aut luteum edit. A calyce qui ſupra caulem exit, promiſſæ dependent barbulæ quales hircorum, inde nomen.

Ornithogalon à flore intus lacteo, foris herbaceo, Erdnüſs, Sewnüſs, kockelkern, amat arua pinguia.

Tubera. ὕδνα. Colore diſtinguuntur candido ruffo nigroq;. Naſcuntur quouis anni tempore, ſed præferuntur cæteris Verna. Germanice morchen. Carent medulla & uena, ſolo undiq; circumdata, nec fibris aut capillamentis ullis nituntur, nec terræ cohærent.

Medi-

Medica. Vihe klee. Burgundiſch hew. Burgundiſch graß. Siliquas profert inflexas in cornicula, ſeu potius intortas & conuolutas ἑλικοειδῶς cochlearum inſtar in orbem, in quibus ſingulis ſemen lunatũ corniculatæ lunæ ſpecie. Tria cius genera ſunt, magnitudine diuerſa.

Aphace. Vicia. Wicken.

Porrum Capitatum. πράσον κεφαλωτὸν. Aricinum porrum, Lauch.

Porrum ſectiuum ſeu ſectile. γήθυλλις & γήθυον. Prislauch. Schnitlauch.

Ampeloprasum, quaſi Vitigineum porrum. Naſcitur flore cœruleo non in Vineis tantum ſed & pratis, Wilderlauch.

Cepa. κρόμμυον, παρὰ τὸ κόρας μύειν, quia acredine halitus infeſtat mordicat & conniuere oculorum pupillas cogit, zwibeln, zibeln, zibollen. Rubet alia, alia candicat. Et pene ſola inter plantas Luna ſeneſcente reuireſcit & germinat, augeſcente rurſus uelut corrugatur & marceſcit.

Aſcalonia Cepa. ἀσκαλώνιον κρόμμυον. Eſchlauch.

Allium. σκόροδον. Hortenſe allium, ἥμερον καὶ κηπευτὸν σκόροδον, knoblauch. Syluestre. ὀφιοσκόροδον, quaſi anguinum allium. Folijs cernitur lilij conuallij. Rampen, Ramſern.

 Scoro=

Scorodopraſon mediam inter allium & porrum naturam habet, Feldknoblauch, Hundsknoblauch, Ackerknoblauch.

Scilla, Meerzwibel. Pancrantion kleine meerzwibel.

Sinapi. νάπυ uel σινήπι. Nomen inde habet ὅτι σίνεται τοὺς ὦπας ἐν τῇ ὀδμῇ. Odor enim naribus raptus ſtatim ſternutamentum ciet et oculos uellicans lacrymas elidit, Senff. Eſt aliud hortenſe, aliud ſylueſtre.

Naſturcium à torquendis naribus. κάρδαμον ἀπὸ τοῦ κάρα δαμνεῖν. Tentat enim caput ignea ui ſeminum, Gartenkreß.

Thlaſpi ἀπὸ τοῦ θλᾶν. Semen enim lenticulæ effigiem habet, ſed infringitur. Thlaſpi minus. klein Deſchelkraut. Thlaſpi maius uel ſinapi perſicum. Moerrettich. Krien. Aliquibus naſturcium album.

Draba naſturcium Orientale.

Irio. ἐρύσιμον. ἀπὸ τοῦ ἐρείκειν, quod inciſa & crucæ modo laciniata habet folia. Schutſemff.

Hidropiper. Waſſerpfeffer. Flökraut.

Piperitis. Siliquaſtrum. Schotenpfeffer. Turkiſcher pfeffer. In ſiliquis enim metæ figura turbi-

turbinatis, primo uiridibus, maturitate rube-ſcentibus ſemen gignit album, tenue, acredine piperis.

Apium. σέλινον. Satiuum eſt. Duo eius genera. Vnum Criſpum. Vulgare Petroſelinum. Peterlein, Peterſilien. Alterū latifolium, Eppich, Grospeterlein.

Carum. κάρος. à Caria regione nomen traxit, Karbe, Wiſenkümmel.

Cuminum. κύμινον. Kromkümmel. Frequentior eius uſus corpora pallore deformat. Vnde Ouidij illud. Pallentis grana Cumini.

Saluia, Salbey. ἐλελίσφακος ἀπὸ τοῦ ἐλελίζειν εἰς σφακὸς, quod ſtatim marceſcit & ſyderatur, comminuiturq; facile in puluerem. Saluia minor, kreitzſalbey.

Foeniculum. μάραθρον. fenichel.

Maiorana. ἀμάρακος, σάμψυχον. παρὰ τὸ σώζειν τὴν ψυχήν. Reficit enim & recreat ſpiritus mirifice ſuauitate temperati odoris, Maioran.

Roſmarinum. λιβανωτὶς στεφανωματική. Roſmaryen.

Hyſſopus. ὕσσωπος. Eyſop. Vox peregrina & hebrea eſt hezoph.

Mentha, Rote muntz.

Mentaſtrum, Pferd muntz.

Nepetha, Katzen muntz.

Nardum, Nardus, Nardus Indica uel Syriaca. Spickenard. Nardi appellatio hebrea eſt Nered.

Nardus Celtica. Marien magdalenen blum. Seliungk. Saliunca. Fuit autem Nardi appellatio generalis Græcis ut & μύρων ad unguenta, quæ uel foris inunxerunt corpori, unde ἐπιχριστὰ dicta ſunt, uel hauſerunt, quæ ϖιστικὰ uocata ſunt à πίνω, id eſt, potabilia. Inde νάρδος ϖιστικῆ in hiſtoria Paßionis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Phu Ponticum. Theriackskraut. Gartenſeliungk.

Helenium. Alantwurtz. Hæc incocta Vino facit Vinum quod Helenites & Nectarites eſt Plinio. Alantwein.

Angelica. Smyrnium. Bruſtwurtz, Heiliggeiſtwurtz.

Abſinthium. Wermut. Inde fit Vinum Abſinthites.

Santonicum. Wurmſamenkraut.

# APPELLATIONES AROMATUM QUORUNDAM USITATORUM.

Ἄρωμα à roborando nomen habet, ῥώμνυμι enim eſt confirmo & roboro. Tribuitur illis plan-

plantis, quæ & ſaporis & odoris peculari ui aliqua recreant & roborant ſpiritus & præcicua membra corporis.

Acorum. Vulgaris calamus Aromaticus. Kalmueſs,

Cardamomum minus. Cardamömlein. Maius uocant grana meligette.

Myroplæ pro Cardamomo maiore oſtendunt grana paradyſi. Paradyſkörner.

Cinamomum. κίνναμον. hebrea appellatio à Canna.

Caſia. Putant aliqui nos Cinamomo carere, et Cinamomum noſtrum eſſe Caſiam Veterum, Canell. zimetrinde. Virgilij Caſia Coronaria herba eſt, et à Theophraſto deſcribitur nomine Cneori.

Crocum. Hebrea appellatio eſt. Carcos. Saffran. quæ ipſa quoq; appellatio Sarracenica eſt.

Gingiber. Ingwer. Radix plantæ harundinaceæ.

Galanga. Galien.

Caryophylla. Negeln. Kromernegeln. Ex atro ruffeſcunt, capitata in claui modum. E capite quatuor in aduerſum exerunt ceu denticulos ſeſe decuſſatim interſecantes, inter quos alueolus quadratus.

Nux myriſtica. κάρυον μυρίσικον. Muſcatnüs.

Macis. Exterior cortex nucis myriſticæ. Muſcatblum.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0171-7

Piper. πέπερι. Pfeffer. Tria piperis genera. Longum, Album & Nigrum. Plinius in una naſci arbore prodidit & ſiliquis includi, quæ betularum großulis figura reſpondent, quæ priuſquam dehiſcunt maturitate, decerptæ toſtæq; piper faciunt longum. Paulatim maturitate fathiscentes candidum piper oſtendunt, id demum ubi exacte maturuit, ſiliquis excuſſum, ac ſolibus torrefactum nigreſcit & corrugatur in piper nigrum. Negant hoc qui piperis regiones adierunt, & ſingula genera in ſuis naſci arboribus affirmant.

Zedoaria, Zittwer.

# APPELLATIONES FRVCTVVM COMMVNIVM ET ARBORVM NOTARVM.

AMygdala & amygdalæ. Mandelkern. Dicuntur ἀμύγδαλα παρὰ τὸ ἐν τῷ μετὰ τὸ χλωρὸν ὥσπερεὶ ἀμυχὰς ἔχειν πόλλας, id eſt, quod poſt uiride putamen ſcarificatus plurimos oſtendunt & ceu in rimas dehiſcunt. Amygdalæ aliæ dulces ſunt, aliæ amaræ. Bittere mandeln. ἀμύγδαλα πικρὰ νηφάλια.

Auellanæ nuces. λεπτοκάρυα. Coryli fructus. Haſelnüſs. Conditæ ollis in terra ſeruantur uirides.

Ponti=

Ponticæ nuces, & præneſtinæ & heracleoticæ. Lampertiſch haſelnűſs. Coryli ſurculo uel uirga ſerpentem ictum obtorpeſcere, tandem emori obſeruatum eſt.

Perſicæ nuces, uel regiæ, uel iuglandes. κάρυα βασιλικὰ ἢ περσικά, Welſchnűſs. κάρυα dicuntur quod tentant & grauant cerebrum. Sunt enim κεφαλαλγῆ omnia & maxime cum ex uetuſtate rancorem contraxerunt. Perſicas quod ex Perſidæ conuectæ ſint: Regias ut à regibus translatas uetuſtas cognominauit. Duo iuglandium genera. Vnum putamine fragili, quod Molluſcas uocant, kleine Welſchenűſs. Alterum duro, quod Moracias & Moracillas, Steinnűſs. Seruantur ne ranceſcant, uel paleis obrutæ uel harena, uel muſco recenti petris deraſo & ſaxis, uel folijs ſuis aridis, uel mixtæ cepis.

Caſtaneæ nuces. διὸς βάλανοι. σαρδιάναι βάλανοι. λόπιμα κάστανα, keſten, kaſtanien. Echinato includuntur calyce.

Ceraſa & Ceraſia à Ceraſunte oppido Ponti denominata ſunt, kirſchen.

Primus Ceraſum Lucullus Mithridate debellato in Italiam detuliſſe proditur. Genera Ceraſorum plura.

Duracina Ceraſa, colore rubent, ſed ex rubo=

re declinant ad albedinem, carnem habent copio-ſam & dulcem, Vngeriſche Weichſeln. Groſs Weis kirſchen.

Cæciliana, kleine Weichſeln. Rote vogelkir-ſchen. Parte ſoli obuerſa rubent, auerſa candi-cant, ſapore ſunt dulci, in ſyluis proueniunt.

Actia & Actiana nigerrima ſunt, ſuccoq; ſan-guineo manus & ora inficiunt. Schwartz vogel-kirſchen.

Aproniana, Vnſere Weiskirſchen. Primo ma-tureſcunt & carne conſtant copioſa. Sapore in-ter acidum & dulcem medio, penè ſub auſtero.

Macedonica & Meraſia, Sawerkirſchen. Arbori innaſcuntur mediocri, interdum & pu-milæ. Colore ex purpura nigreſcunt. Grato com-mendantur acore.

Cappares, kappern. Rotundi fructus Cappa-rum, ſimiles baccis olearum, quibus fathiſcenti-bus flos emicat. Hic poſtquam decidit excuſsis, glans extuberat oblonga, ſeminis acinoſi plena. Condiuntur ſale, quod Græcis eſt ταριχεύειν, ut aſſeruari poſsint. Et condita hoc modo ἁλμαίας græci, latini ſalgamata uocant.

Citrium malum, Cedromalum, & Medicum malum. κηδρόμηλον, κίτριον, μηδικὸν. Atheneus ait τὸ κίτριον ἀλεξιφάρμακον εἶναι παντὸς

δηλητη=

δηλητηρίου. In hoc genere poma quæ orbiculata ſpecie auri renitent colore, χρυσόμηλα, Aurea mala, & uulgo Pomeranzen uocantur. Differunt ſaporibus, qui alijs dulcis, alijs acidus ineſt. Quæ ex uiridi in luteum uergunt colorem eadem ſpecie, citreola uulgo & citrula nominantur.

Citria nomine generis ſic appellata oui figuram oblongam æmulantur, colore luteo. Duum ſunt generum. Maiora quæ & longiora ſunt & ouata ſpecie magis turbinata, uulgo Citrangula nominantur, Citrinat epffel. Minora breuiora ſunt, uocanturq; Citrea. kleine Citrinat.

Quæ herbaceo uirent colore aut prægrandia ſunt orbiculata ſpecie melonum, aut parua, qualia aduehuntur ad nos ſale condita limonum nomine, Limonien.

Corona. Horligen, Hornkirſchen. Fructus corni oblongi, qui primo exortu uirides, maturitate flaueſcunt & tandem rubeſcunt. Cornus arbor. κράνεια. Kornleinbaum. θηλυκράνεια fœmina in hoc genere.

Cedrides. κεδρίδες. Cedri fructus magnitudine myrti, flaui, odorati, ſuaues guſtu.

Cotonea mala. κυδώνια μῆλα. kutten epffel.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-110715-p0175-9

à Cydone Cretæ oppido, unde primum aduecta ſunt. Tria eorum genera.

χρυσόμηλα. Aurea mala. Pomi figura ſtrijs canaliculisq; in ambitu diſtincta, aureo colore. Gros boemiſch kutten.

Mala Struthia. στρουθιόμηλα ἢ μῆλα στρούθια. Minora ſunt magnitudine & ſerotino prouentu fragrantius olent. Kleine kutten. ~~Hæc fœminas,~~ illa mares qui ſexu diſtinguunt appellant.

Muſtea. μελίμηλα. Præcocia ſunt & celerius matureſcunt, mellea dulcedine grata.

μηλοπλακοῦς. Exacte attenuata ac leuigata cydoniorum caro & cum melle uel zacharo decocta. kuttenbrot. Vulgo διακυδωνίων ſimplex.

Pillulæ ſeu Galbuli. σφαιρία. Fructus Cupreſſi, quibus tenue & exile ſemen laricis fructui proximum innaſcitur. Cypreſſen nüſs. Dicitur autem Cupreſſus ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους, quod ex æquo ramos et fructus procreat. Trunci Cupreſſorum in perticas & aſſeres finduntur.

Fici & Ficus. σῦκα. Feigen. Harum aliæ domeſticæ ſunt, ἥμερα σῦκα. Aliæ ſylueſtres, quæ ἐρίνεοι uocantur. Fert has Caprificus. Domeſticarum aliæ primo erumpunt & cito matureſcunt. πρόδρομα σῦκα, id eſt, præcoces ficus. Früzeitige fei-

ge fci-

ge feigen. *Aliæ poſt prodeunt ex iiſdem arbori-bus & cum cæteris fructibus ad maturitatem perueniunt. Hæ decerptæ, cum deſiccantur* Ca-*ricæ latinis,* Græcis ἰσχάδες, *uocantur,* οἱονεὶ κα-τισχνωμένα σῦκα, τουτέστιν λεπτωθέντα ἐν τῷ ξηραίνεσθαι. *Etſi hoc nomen ferè pinguioribus tan-tum ficubus tribuitur.* Marſilier feigen. Kӧrblein feigen.

Groſſi. ὄλυνθοι. *Groſſe feigen,* Roßfeigen, Laubfeigen. *Harum ſunt aliæ albæ,* λευκοὶ ὄλυν-θοι, *quæ eſui ſunt & naſcuntur in arbore ſui ge-neris. Aliæ nigræ,* μέλανες ὄλυνθοι, *quarum quædam* ἄβρωτοι *ſunt, quædam* ἐδώδιμοι, *et na-ſcuntur in arboribus gignentibus ficus. Eſt enim ficuum arborum multiplex differentia. Aliæ uo-cantur* ὀλυνθοφόροι, *quarum quædam ſolas groſ-ſos candidas procreant, quædam & ficus & groſſos producunt, & ut* Theophraſtus *annota-uit,* φέρουσι τὸν ὄλυνθον ὄπισθεν τοῦ θρίου, *& de maturatione talium groſſorum inquit,* πεπαί-νονται μέχρι τινὸς οἱ ὄλυνθοι συνεργούσης ἤδη τῆς χώρας.

*Aliæ rurſus ficus groſſos nullas ſed ſolas ficus gignunt. Earum quædam, quæ* διφοραί, *id eſt, bi-feræ nominantur, bis pariunt anno uno. Primo uere enim præcoces ficus, quas Græce* φήληκας

*uocant,*

uocant, mox reliquas edunt. Id uero non continue quouis anno faciunt, ſed quandoq; uno interquieſcunt & φήληκας non proferunt. Quædam uero præcoces prorſus non pariunt, ſed ficus ſolas. Iuxta Scyllam ſata ficus lætius prouenit et ocyus augetur. Fici uero umbra ruta delectatur atq; ſub ea inſita incrementum capeſcit maius.

Συκόμορα. Ficus Ægyptiæ. Ægyptiſch Feigen. Fructus arboris, cui Sycomorea nomen, qui non matureſcit niſi ferro ſcalpatur aut ungue.

Glandes. βάλανοι. Eckern, Eicheln. Differentiæ glandium plures, ut & arborum glandiferarum.

Quercus. ἡμέρις. Theodoro Placida. Breuior cæteris & in orbem comoſa, alaſq; ramorum crebro cauata. Glans huic optima & maxima, quæ glans querna uocatur, ſed dulcior eſt & mollior in hoc genere fœminæ, ſpiſsior glans mari. Sommereiche & eichenbawm abſolute.

Robur. δρῦς. Huic glãs parua, quæ βάλανος δρύϊνος dicitur. Hageiche, Wintereiche, eisholtz.

Cerrus. ἀιγίλωψ. zirmenbawm. Excelſiſsima et incultis amica. Glans ei triſtis et horrida, echynato calyce ut caſtaneæ. Cerrina glans.

Eſcu-

Eſculus. πλατύφυλλος apud Theophraſtum, id eſt, latifolia.

Fagus. φηγός. Glandem fert dulciſsimam, nucleo non abſimilem, triangula cute incluſam, & parte poſtrema utrimq; lapideſcentem. Duo Fagorum genera. Vnum campeſtre nigrum, quod minus & breuius, Hagenbůchen. Alterum montanum, excelſius, materie candida, Rotbůchen. Fagina glans, Bucheckern.

Ilex. πρῖνος. Duo eius genera. Vnum arboreſcit, quod & βαλανηφόρον eſt, id eſt, glandiferum, folijs ἐπακανθίζον, materie ſolida & dura, fructu glande minori, cætera ſimili, Steineichen. Fert autem præter glandem, granum etiam puniceum tanquam ſua, & ut aliena uiſcum ac hyphear. Sic enim inquit Theoprhaſtus φέρει παρὰ τὸν βάλανον κόκκον τινὰ φοινικοῦν. ἴσχει δὲ καὶ ἰξίαν καὶ ὑφέαρ. ὥστε ἐνίοτε συμβαίνειν τέτταρας ἅμα καρποὺς ἔχειν αὐτόν. δύο μὲν τοὺς ἑαυτῆς. δύο δ᾽ ἄλλους, τόν τε τῆς ἰξίας καὶ τὸν τοῦ ὑφέαρος. καὶ τὴν μὲν ἰξίαν φέρει πρὸς τῶν ἐκ βοῤῥᾶν. τὸ δὲ ὑφέαρ ἐκ τῶν πρός μεσημβριάν. Glans iligna. πρίνινος βάλανος. Homero ἄκυλον.

Alterum Ilicis genus fruticeſcit & Cocciferum eſt. Duo & huius genera. Vnum minus,

quod

quod Ilicen Aquifoliam Plinius, Græci κόκκον uocant. Poloni apud quos copioſe naſcitur Tſcherwitz ſua lingua à rubente grano. Grano enim eius puniceo lanæ tinguntur, ex quibus Charmeſinum texitur & Scharlacum. Vocat hoc Plinius quisquilium uel ut aliqui legunt Cuſculium. Græci κόκκον βαφικὼ. Vulgo Granum tinctorum. Figura lentis frutici adhœret. Quoddam eius genus celerrime ſeſe in Vermen mutans σκωλήκιον uocatur. Inde pannus quisquiliatus uel coccineus, ein Scharlack. Et ſericū coccineum, Roter Charmeſin. Charmeſini nomen à Chermes deductum eſt, qua appellatione Arabes Granum tinctorum indicant. Alterum maius eſt & uulgo naſcitur, folio ut prius quercino, ſed minore et etiā aculeato ac perpetuo uirente, grano puniceo maiore. Quādoq; ad iuſtæ arboris magnitudinem excreſcit, quandoq; uix fruticum aſſequitur altitudinem.

Suber. ὕφος ἢ φέλλος, Pantoffelnholtz, Baſt. Cortex enim à ſutoribus expetitur ad crepidas. Folio naſcitur ilicis, Coma perpetuo uiridi.

φελλόδρυν fœminam ilicum faciunt, media roboris & ſuberi natura. Folio ſuberi, materia & cortice cerro cognata eſt.

Gallæ. κικίδες. Galepffel. Has ferunt omnes, quæ

quæ glandem. Duo earum præcipua genera. Solidæ, ὀμφακίτιδες, paruæ ſunt, nodoſæ, ponderoſæ, nullo foramine peruiæ. Turkiſch galæpffel. Adferuntur ex Aſia & præſtant cæteris. Perforatæ grandiores ſunt, rotundæ, raræ, leues, Vnſere galæpffel. Erumpunt ſole de geminis exeunte.

Viſcum. ἴξος & ἰξία. Miſtell. Nunquam in terra naſcitur, ſemper in arbore, ut quercu, ilice, robore, malo pyroq; ſylueſtribus, betula, abiete, larice. Sed quernum præſtat omnibus. Reſectum Viſci fruticem, qui in conclauia auicularum gratia ſuſpenditur, uocant ein Kemſter.

Ἀρκευθίδες. Baccæ iuniperi. Wacholterbeeren. ἄρκευθος enim Iuniperum ſignificat. Duo eius genera. Pumila Iuniperus. Wacholterſtauden, Arboreſcens iuniperus. Wacholterbawm. Ex hac liquor extillat colore odoreq; æmulans thus, qui calore duratus coit in gummi. Vocaturq; Vernix. Vierniſs.

Δαφνίδες. Baccæ lauri. Lorberbeeren. Fulmine feriri negatur laurus, & ſi uratur, ſtrepitum ciet, qualem in flammam coniectus

